




# Dauidis Chytraei Oratio de statu ecclesiarum hoc tempore in Graecia, Asia, Boe?mia, &c. ;

<https://hdl.handle.net/1874/431466>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

F. O. & T.

30



30  
160





## Miscellanea Theologica

Octavo n°. 30.

ad hanc non habebat quodcumque  
 ad ipsius pietatem. In his causa  
 etiam agnitione proposita  
 non poterit alio in aliis locis locanda est  
 quia non potest aliis locis habentibus  
 quae ipsius auctoritate  
 non modicis. Nam illi studio  
 se acer.


etiam alicuius ceteri.


in cuius lusinuus, iuris et iuris  
 etiam alicuius bontis.  
 etiam alicuius malicie.  
 etiam alicuius peccatis.

etiam alicuius loquacitatis.  
 etiam alicuius periculis  
 etiam alicuius mortis.  
 etiam alicuius mortuorum.  
 etiam alicuius mortuorum.

etiam alicuius mortuorum.

Calogergos coronatione constitutus  
in dominica et plena die 9. iunii anno  
missa celebans quibus coronatione  
kakovitas regis monachus et caloger  
regis operis hierophanta sanctorum atque  
regis operis sacerdotum coronans





N. 12. B.

51  
Dauidis Chytræi

O R A T I O

D E S T A T V E C C L E S I A -  
R V M H O C T E M P O R E I N G R Ä -  
C I A , A s i a , B o ö m i a , & c .

E P I S T O L Æ C O N S T A N T I -  
nopolitana & alia circiter X X X .

Q V I B V S I N H A C E D I T I O N E A L L -  
quot Epistolæ Græcæ ac Latinæ ,

C o n f e s s i o F I D E I à G e n n a d i o P a t r . M a h o m e t i I I .  
I m p . T u r c . e x h i b i t a ,

D e R u s s o r u m & T a r t a r o r u m r e l i g i o n e a c t m o r i -  
b u s , & v e t e r u m B o r u s s o r u m s a c r i f i -  
c i j s , & a l i a a c c e s s e r u n t .

A d i s u n c t a i s e m e p i s t o l a C o n s t a n t i n o p o l i t a n a .  
E c c l e s i a a d B o e m o s .

*Ex dono Bruselii.*



F R A N C O F V R T I

A p u d h æ r e d e s A n d r e æ W e c h e l i ,

M . D . LXXXIII .



Dicitur Cyprianus

OXATIA

DE ZLYKA EGEZIA

YHN HON TEPHOM TECMAY

CYR PEGEPEPE

ESALDOK EONZIA

QANZIAZI COLEZIA

QANZIAZI COLEZIA

YHN HON TEPHOM TECMAY

YHN HON TEPHOM TECMAY

YHN HON TEPHOM TECMAY

YHN HON TEPHOM TECMAY

3



NOBILI ET MAGNI-  
FICO DOMINO, DN. NICO-  
LAO KASÆ, INCLYTI Re-  
gis Daniæ Cancel-  
lario.

XIMIVM Dei dñum,  
& multis gentibus saluta-  
re, ac vere COMMUNE  
BONVM EST CAN-  
CELLARIUS BONVS. Quem,  
optimum Regis ac Regni thesaurum,  
Isocrates appellat: & à Deo dari, sa-  
piens Syracides testatur. Ut autem in  
Deo bonitas supra cæterarum virtu-  
tum chorūm eminet & elucet: ita in  
Regibus, & eorum amicis, imaginem  
& vices DEI in terra gerentibus, be-

A ij

nigitatem ac clementiam præcipue  
confici & emitere decet, sicut Ari-  
storeles Alexandrum hortatur, ut co-  
gitet, Regnum à Deo ipsi datum esse ad  
benefaciendum generi humano.

Cum igitur ex augusto & perenni  
heroicæ bonitatis tuae fonte riuuli ube-  
res, in me & alios à me commendatos,  
iamburgum emanarint: ac proximis di-  
ebus etiam, Rostochium transiens, me  
ad colloquium benignè inuitaris; &  
tum alia quædam, tum verò communi-  
cationem literarum in monte Sinai &  
Constantinopoli & alibi in oriente re-  
cens scriptarum, non ingratam tibi fore  
ostenderis: mittere ad te exempla illa  
epistolarum, & aliarum de Christianis  
sub Turcico imperio ecclesijs narratio-  
num, publicè edita, & pluribus etiam  
alijs bonis & doctis viris, commune bo-  
num,

num, sub augusto heroicæ bonitatis tuæ  
nomine futura, hoc noui anni principio  
volui. quem annum tibi & in clyto re-  
gi ac regno Daniæ, quod summo Regi  
Domino Deo, & redemptori nostro Ie-  
su Christo, fideliter seruit, & veri  
DEI domicilium ac templum est, &  
ecclesiæ ac regno Christi hospitium &  
Halcyonia tranquilla præbet; faustum  
& salutarem ex animo precor. Datum  
in Academia urbis Rosarum,  
15 Januarij, An-  
no 1580.

A iii

ORATIO  
D. DAVIDIS CHY-  
TRÆI, CVM POST REDITVM  
EX AVSTRIA, AD PRÆLE-  
CTIONEM Chronicireuerteretur,  
Anno 1569.

V M in longa & diuturna hac  
profectione, multa de statu ec-  
clesiarum in varijs gentibus, in  
Græcia, Asia, Ægypto, Vngaria,  
Boëmia & alijs regionibus, par-  
tim ipse coram cognouerim, partim ex homi-  
num fide dignorum nobilium & eruditorum  
sermonibus, Viennæ & alibi didicerim: existi-  
maui nihil me redeuntem ad epitomes Histo-  
riæ mundi, in qua ecclesiæ consideratio præci-  
pua esse debet, prælectionem, aptius; nihil vo-  
bis, qui verae ecclesiæ membra & ciues patriæ  
amantissimi estis, iucundius & gratius; nihil ad  
piam oblationem & prudentiam alendam  
utilius, præfari posse: quam si summa sequens  
fastigia rerum, ea, quæ de ecclesiarum præcipue  
conditione in illis gentibus memorabilia & cer-  
ta percepi, oratione mea breuiter delibarem.

Mihi quidem in tantis vitæ humanæ & reli-  
gionum confusionibus, & in tanta multitudine  
& potentia hostium Christi, & tristissimis dila-  
cerationibus eorum cœtium, qui de nomine  
Christi gloriantur, pergrata & dulcis etiam cō-  
solatio

D. C H Y T R A E I O R A T.

solatio fuit: quod ecclesiam Christi, agnoscen-  
tem & colentem verum D e u m æternum pa-  
trem, filium, & spiritum sanctum, non solum  
conseruari in mundo omnibus temporibus &  
locis, nec exiguis hisce & angustissimis Europæ  
finibus tantum contineri; sed in media Turcia,  
in Græcia, Asia, Armenia, Iberia, & intimæ Afri-  
cæ regnis latissimis, publico euangelij Christi &  
sacramentorum ministerio colligi & propaga-  
ti, tum antea ex monumentis historiarum pu-  
blicè editis, tum verò nunc per a n n a l e s etiam  
& oculatos testes magna ex parte edoctus sum.

Scio in peregrinationibus, alios urbium fre-  
quentiam, ædificiorum splendorem, formam  
vestitus nouam, quam ferè solam fatui ex per-  
egrinis regionibus secum referunt, mirari: a-  
lios prudentiores, Rerum publicarum formas,  
& peritorum hominum sensus ac mores, &  
historias rerum memorabilium in ijs regio-  
nibus bello & pace olim gestarum, studiose in-  
quirere.

At ecclesiæ Christi clues, doctrinam de Deo  
in singulis regionibus sonantem, formam ec-  
clesiarum, ritus religionum, studia literarum &  
artium laudabilem, & piorum ac eruditorum  
de maximis rebus sententias & iudicia sciscita-  
ri & considerare in primis decet.

Fuit igitur meum quoq; in hac profectio-  
ne, ad quam non curiositate aliqua aut libidi-  
ne priuata, (vñ enim edoctus sum οἰκοι βέλτηροι

2. **ECCLESIAE**

Quod accum Nazianzeno mihi iam *μηγίσκως οὐδέποτε* (in *αναρχίας*) sed inuictissimi Imperatoris Maximiliani autoritate & vocatione extrusum me esse scitis; præcipuum studium, ut mandatos mihi labores & necessaria vocationis officia Deo iuuante fideliter facerem, & de statu ecclesiarum, in illis gentibus, & exteris etiam nationibus, multa ex viris sapientibus & peritis scisciatarer.

Initio autem, ut proposui, de Græcia, postea de Asia, Vngariæ & Boëmiæ ecclesijs dicturus, æterno Deo conditori & custodi ecclesiæ suæ, toto pectore gratias ago, quod immensa bonitate & misericordia, ecclesiam sibi æternam, publica euangelij voce, ex genere humano, paſſim toto orbe terrarum colligit & conseruat. Nam in ipsa GRÆCIA, hodierno die, nō modò doctrinam & ritus Christianæ religionis, verū etiam ordinem & gradus Episcoporum, totaq; politiam & iurisdictionem ecclesiasticam, sub Turcica tyrannide tolerari & defendi, ex multis fide dignis testibus, qui Constantinopoli & in Græcia diu vixerunt, cognoui.

Accertum est, nostro etiam tempore, quatuor Patriarchas (quorum crebra in veteribus historiæ ecclesiasticæ & imperij Byzantini scriptoribus mentio fit) Constantinopolitanum, Alexandrinum, (cuius sedes Alcairuin translata est) Antiochenum, (qui iam in pulcherrima omnium, quæ in Asia Turcis parent, vrbe Damasco habitat)

## GRÆCÆ.

habitat) & Ierosolymitanum, omnibus, quæ sub imperio Turcico sunt, ecclesijs Christianis præesse. Omniaq; latissimè patere Byzantini Patriarchæ dicæcælin, quæ in Europa, totam Græciam, Mysiam seu Seruiam & Bulgariam, Thracian., Walachiam, Moldauiam, Russiam, Moscouianā, insulas Ægæi maris, & Asiam minorē, complectitur. Is Constantinopoli sedem habet. vbi quanquam splendidissima S. Sophiæ Filij Dei ædes, & alia veteres & recens à Solymanno ædificatae, Mahometicis blasphemis possessæ tenetur: tamen plura quam viginti Christianorum templo reliqua sunt. Habet & senatum seu collegium Duodecim virorum nobilium & eruditorum sibi adiunctum, cum quo communicatis sententijs ac consilijs, ecclesias suæ dicæcæsi subiectas, per Archiepiscopos & alios inferioris ordinis Episcopos gubernat, quibus ministerium doctrinæ ac sacramentorum, & rectio disciplina libera, sed prorsus nulla ciuitatum & oppidorum dominia vel iurisdictio politica concessa est. Vni Archiepiscopo amplissimæ vrbis Thessalonicæ (quam Salonicæ hodie vocant) vbi tria tantum templo Turci, Christiani verò plura quam triginta tenerent, decem adhuc Episcopos esse subiectos; Attico verò pauciores aliquanto subesse, Græcus quidam Thessalonicensis nobis commemoravit: addens, se Athenis ante quinquenniū, 250 sacerdotes Christianos in publica processione incedentes simul vidisse.

Quod etsi ab aliorum narrationibus, qui planè deletam & extinctam hoc tempore urbem Atticam, & vix paucas piscatorum casas & mampalia hinc inde sparsa extare referunt, planè discrepat: tamen ut quæ volumus libenter credimus; ita mihi, de ATHENIS, vetustissimo doctrinatum & artium omnium laudatarum domicilio, de cuius πατριώται Neptunum & Palladem, ut in his quoque Balthici littoris urbibus accidit, contendisse ferunt, plūsne maritimis nauigationibus ac mercaturæ, quam studijs sapientiæ & doctrinæ deberet; studiosè sciscitantib; periucundum fuit, quod & urbem Athenas nostro tempore adhuc superstitem esse, & hospitium ac fēdem Ecclesiæ Christi mediocrem præbere, ex Græcis ipsis cognoui. Quorum fidem, etsi Hodæporico Hugonis Fauolij & aliorum diuersa dicentiū sermonibus nequaquam anteferendam quidam iudicabunt: tamen congruere cum illorum narratione, non literas solum recens Constantinoli in Germaniam scriptas, verūm aliqua ex parte etiam Laonici Chalcondylæ historiam comperi, qui Athenarum urbem, post captum Byzantiū, adhuc amplam & populosam floruisse, & Mahometem I. Imp. Turcum, quinquennio post captam Constantinopolin, ex Peloponneso subiugata reuertentem, Athenas deflexisse, & urbis arcisq; magnificentiam, portuumq; commoditatem, miratum esse refert.

Tenui-

Tenuerant paulò antè principatum Athenis & Corinthi, multis annis, Acciaioli Florentini, à Reinerio, qui, cùm prouinciae Imperij Byzantini à Gallis, Venetis & Italibz diriperentur, Atticam & Bœotiam occupauerat; vsq; ad Antoniū, & Nerium. Quo mortuo, vxor, prætextu filioli ex Nerio suscepit, principatum beneficio Turci retinens, exarsit amore patricij Veneti Palmerij, cuius patri vrbis Nauplium à Venetis commissa erat. Huic coniugium, & Athenarum ac Bœotiæ ducatum promittit, si coniugem, quam Venetijs nobilissimo genere natam, habebat, quoçunque modo repudiaret. Palmerius regni cupiditate accensus, priore cōiuge veneno sublata, Nerij vxorem dicit, ac pro Athenarum principe se palam gerit. Francus Acciaiolus, Nerij ex fratre Antonio nepos, indignitate rei motus, & quod principatum à sua familia ad Venerum transferri ægerrimè ferret, in aula Mahometis Palmerium accusat, eoq; remoto, tutelam legitimi hæredis ex Nerio nati, & vrbis Athenarum præfecturam, ipse impetrat. Iussu igitur Mahometis, ab Atheniensibus benignè receptus, vxorem patrui, Megaris, in carcerem clausam, necat. Ea de cæde cùm rursus in aula Turcica imperfectæ filius acerbissimè quereretur: Mahometes finem nullum dissidiorum & parricidiorum esse in ea familia cernens, Oram rem Thessaliae præsidem cum exercitu Athenas occupare, & præfectum, addito præsidiō, in ar-

ce collocare iubet: qui nomine regio, & amplissimam urbem tranquillam in officio retineret, & vicinam Atticam, Bœotiam, Locros & Phocidem gubernaret. Francus post aliquot annos recuperare urbem conatus, iussu Mahometis, à Zogano, Peloponnesi præfecto, occisus est.

Ab eo tempore, vrbs Attica, sub Turcarum imperio, mediocri tranquillitate & quiete vfa, Religionem Christianam, qualis antea etiam sub Palæologis Impp. passim visitata erat, huc usque retinuit: sicut & passim alibi in tota Græcia Christiani habitant. Quibus, cùm tributum annum de singulis capitibus singulos aureos pendunt; & facultates, & Religio libera relinquentur.

Sed hoc tristissimum est, quod, ut olim Christiani imperatores, ex singulis Græciæ oppidis, certum numerum liberorum, in quibus egregia indoles præ ceteris elucebat, delegerunt; quos ad publica officia militiæ togatae & bellicæ in Aula educari curarunt: ita Turci, occupato Græcorum imperio, idem ius eripiendi patribus familias liberos ingenij eximijs præditos usurpant; qui ad Turcicæ religionis ritus & ad militiam instituuntur. Verum tamen hos pecunia redimere à conqueroribus sæpe parentibus licet. Reliqui cùm virtutis specimen in bellis egregium præbent, ad summos dignitatis & honorum gradus euehuntur. Et multos hec exempla, & gloria militaris, quæ in generosis naturis acerri-

acerrimus stimulus est, ad Mahometicam religionem initiant.

Sed Athenas redeo, quæ olim omnis Philosophiæ ac eloquentiæ, & postea etiam doctrinæ religionis, & omnium optimarum artium domicilium fuerunt. Quæ artes, ante centum annos, in ipsa Italia, primùm exilio Græcorum, Theodori Gazæ Thessalonicensis, Demetrij Chalcondylæ Atheniensis, Georgij Trapezuntij & Marci Musuri Cretensiū, & ante hos Emanuēlis Chrysolotæ, qui in Germania tempore Constantiensis concilij obiit, restitutæ sunt.

Nunc verò, & Athenis, & in reliqua Græcia, planè frigere studia veteris Philosophiæ & eruditioris doctrinæ, & plerosq; sacerdotes ac monachos etiam veterem linguam Græcam ignorare, imò legibus episcoporum alicubi, ne quis veteres poëtas, oratores, philosophos, aliōsve scriptores ethnicos legat, prohibitū esse audio.

Discunt igitur pleriq; in scholis Græcè legere tantum, eo consilio, vt ἀροτόνον Græcum, quod Latini Breuiarium nominant, seu Horarias processus, euoluere possint, cuius Επάξια, τίσσες, κοντάκια, χολυπίκια, Θλοιπλας εὐχαὶ, eleganti oratione Græca cōpositas, vt nostri Horas Canonicas, aut Nonnæ Psalterium, αναγνώσουσι μὲν, αλλ' εἰγνώσουσι, non sacerdotes solūm & monachi, verūm etiam ex vulgo plurimi, qui bonam Religionis partem in harum precū recitatione quotidiana collocant.

Nam & ipse talem ἀροτόνον Εμπωνογία libel-

lum, diligentissimè lectum & detritum à Cypri quodam, vulgaris solummodo linguae Græcæ (quæ à veteri nō minus quām Italica aut Gallica à Latina differt) perito, ac triremium fabricę in armamentario nauali Viennæ präfecto, mihi comparauit. Ex quo, inuocationem & honores sanctorum, ac in primis Mariæ Virginis cultum superstitionis, in Gracia hoc tempore, non minus quām in regno pontificio, vigere animaduerti.

Etsi enim de veteris & purioris ecclesiæ doctrina & ritibus aliquantò plus reliquum apud Græcos mansit, ut ex Liturgijs ipsorum, & narrationibus hominum fide dignorum constat nec Missas priuatas absque communicantibus ab eis celebrari solere, nec vllam in eorum Canonone, sacrificij corporis & sanguinis Christi pro redēctione viuorum & mortuorum oblati, mentionem fieri: sed λογικῶν λαβέσθω, preces, gratiarum actiones, laudes Dei, & eleemosynas in usus pauperum präcipue offerri, ut verba Canonis sonant: Καὶ οὐδὲ ὅτι σῶν σὺν τῷ οὐρανῷ μεν, Καὶ πάντοι οἱ δόξαις μεν, οἱ εὐλογοῦμεν, σὺν εὐχαριστοῦμεν, καὶ ικετεύομεν οἱ κύριοι ἡμῶν: præterea integrum sacramentum, seu utramque speciem, populo etiam distribui, & maritos à sacerdotio non arceri, &c. tamen alioquin omnia non minus quām apud Pontificios superstitionum plena esse intelligo.

Magna pars vulgi & sacerdotum, pietatis sum-

summam in cultu Mariae virginis & imaginum  
 (quas non sculptas, sed pictas solummodo ha-  
 bent) collocat. Nec tantum intercessione &  
 precibus, verum etiam meritis & auxilijs San-  
 ctorū confidunt. Ac tetræ & idololatricæ inuo-  
 cationis non modò exempla, in eorum templis,  
 quotidie conspicuntur; verum etiam formulæ  
 in illis ipsis precibus Horologij Græcorum so-  
 lennibus, in singulis Horis, præscriptæ sunt. ut  
 in Mesonyctico: Σὲ τὸ ἔστρωθιπον πῆχος, τὸ τῆς σωτηρίας  
 χύρωμα, θεοτόκε παρθένε, ικετεύομεν, τὰς οὐλέουσιν πίστιν  
 βιλας ἀλεσκέδαισσον, τὸ λαῖς σε τὸν λύπτων εἰς χάρεσσαν μετέ-  
 παλε, τὸν πόλιν σε φευπέχασσον, τῷ βασιλεῖ συμμαχοῦσσον,  
 τῷ εἰρήνης τῷ κόσμῳ παρέσθενε, ὃ ποὺ εἴ θεοτόκε οὐ έλπίς οὐ-  
 μέλη. Te inexpugnabilem murum, & munimen-  
 tum salutis, Dei genitrix Virgo, oramus, inimi-  
 corum consilia dissipata, populi tui tristiciam in-  
 gaudium verte, urbem tuam muni, cum rege si-  
 mul pugna, pro pace mundi intercede, quia tu  
 es Dei genitrix spes nostra. In Matutinis: Προσ-  
 οία φοβερε Θάκαταγχωτε, μὴ πατεῖδης αγαθη τὰς ικεσιας  
 ημῶν πανύμνητε θεοτόκε, σκέψον ὅρθοδοξαν πολιτειαν, σῶ-  
 ζε τὸν ὄκελευσας βασιλεύφη, Θαρῆτε αὐτοῖς ψεγρότερ τὸν  
 νικλον. Σιών ἐπεκες Θεὸν, μόνη εὐλογημένη. Patrona ti-  
 menda, & Virgo intemerata, ne contemne  
 bona preces nostras: gloriosa Dei genitrix, sta-  
 bili orthodoxorum Rēpublicam, serua quos  
 iussisti imperare, & da illis de cœlo victori-  
 an: quia peperisti D̄eūm, sola benedicta. &  
 yositatissima in Troparijs, quæ singuli è fo-

mno mane surgentes recitare iubentur, cōclu-  
sio est, ἀγιος εἰ ο Θεός, δέσποτης θεοτόκου ελέονος ήμας. Sā-  
ctus es Deus, propter Dei genitricem mis-  
tere nostri.

Quanta verò superstitione, non sanctos mo-  
dò in cœlis viuentes, verū etiam imagines i-  
psas colant & adorent, vna hæc, omnium Græ-  
corum ore decantata precandi formula ostendit: Σιωπή παντάχοισι, τῷ ὄρθοδόξῳ καύχῳ, αἱρεπικῶν  
τὰ φυσάματα & τὰ φεύσατα καταίχων, τῷ μὴ φεύσυ-  
ντων, μηδὲ πρώτων, πάντα γε, τῷ σεβόμοντε ικόνα οὐ.  
Dei genitrix, omnium regina, orthodoxorum  
gloria, hereticorum fastum & facies confunde,  
non adorantium neq; colentium, tota sancta,  
venerandam imaginem tuam.

De Iustificatione, Basilius sententiam multos  
in ore habere, intelligo: quæ in homilia de pœ-  
nitentia extat, eadem pagina, ubi de filio prodi-  
go celebrem illam vocem edit: Μόνον Σέληνος, καὶ  
Θεὸς περιπατῶ: Tantum velis, & Deus præoc-  
currit. Τί δικαιον φέρετ τῷ δικαιῷ Θεῷ; τῷ δικαιῷ μητ-  
ρεῦσαι, ή τῷ πολλῷ διπλανθενεῖσαι; ἐστι ζυγὸς, καὶ οὐ  
μετόμενος, μετριθέσται ήμεν. εἰ πλείονα αἱμορπίματα, ἐστι  
αἱμορπώλος· εἰ δὲ πλείονα τὰ δικαιώματα, ἐστι δίκαιος.  
Quid iustum est apud iustum Deum? paucorum  
meminiſſe, aut multorum obliuisci? Appendan-  
tur lances, & qua mensura mensi fuerimus, re-  
metietur nobis. Si plura peccata erunt, iniustus  
erit: Sin plura bona opera, iustus fit. Quæ vox  
doctrinam de fide, in solius Christi pro nobis  
passi

passi & resuscitati iusticia acquiescente, abolens, & ad desperationem miseras conscientias adi gens, ostendit legalibus & philosophicis opinionibus doctrinam Etiangelij propriam de gratia remissione peccatorum, & iusticia fidei, statueritis, se propter vnam & solam Filij Dei mediatoriis intercessionem & meritum, à Deo recipi & saluari, apud eos obscuratam esse. Et in vniuersum, à Scholasticæ Theologiæ sententij multos hac ætate non abhorre, inde apparet, quod Thomæ Aquinatis scripta, & summam præcipue, in Græcum sermonem conuersam, magna cum subtilitatis & acuminis disputacionum illius admiratione, studiosè leguntur.

Intelligo & opiniones de applicatione sacrificij Missæ pro viuis & defunctis alicubi inoleuisse, & pecunia Missas emi, ac Basilij liturgian duobus aureis, Chrysostomi vero paticis denarijs redimi.

Multò autem purior & splendidior cæteris est Basilij CANON illustri oratione pro omnibus beneficijs, inde usque ab exordio mundi ecclesiæ collatis, ac in primis pro redemptione generis humani, per filium Dei pro nobis natum, passum, mortutum & resuscitatum facta, gratiæ Deo agens: & verba institutionis Cœnæ, quam suorum suorum beneficiorum esse voluit, recitans: & propositis munieribus patnis & viri à populo oblatis, petens, ut hæc corporis & sanguinis Christi à Deo consecrentur: ac ut par-

ticipantes dignè accipiant, & misericordiam ac gratiam coram Deo in cœtu omniū sanctorum patrum, prophetarū, apostolorum, Mariæ virginis, Iohannis Baptiste, &c. inueniant. Deinde sacrificiū precum offerens, pro ecclesia Catholica, pro ijs qui obtulerūt eleemosynas, pro imperatore, pro omni populo, pro Republica, pro Archiepiscopo, omnibus ministris ecclesiarū, pro fœcundis tempestatibus, pro extirpatione heresium & schismatū, deniq; vt omnes, uno corde & ore, Deum patrem, filium, & spiritū sanctum, in omni æternitate celebrent. Hac solenni preicatione finita, & præmissis litanijs, ac preicatione Dominica, Omnes communicāt, & dum reliqui panes ac eleemosynæ à populo oblatæ in sacrariū deferūtur, gratias Deo solennibus verbis Diaconus & populus agit. Nec vlla omnino offerēdi in hac liturgia corporis & sanguinis Christi, multò minus redimendi hoc opere viuos & mortuos, aut pro alijs applicandi mentio fit.

Chrysostomi verò Liturgiæ et si crebriùs oblationis meminerūt: tamen non de propitiatorio, aut ceremoniali corporis ac sanguinis Christi, sed de eucharistico precū & laudum ac eleemosynarum sacrificio præcipue loquuntur: Offerimus tibi rationalem hunc & incruentū cultum, & inuocamus, & supplicamus, & offerimus tibi pro patriarchis, prophetis, apostolis, euangelistis, pro virgine Maria. προσφερούσιν τοις λογικλω λαβέται pro orbe terrarum, pro sancta eccl-

ecclesia, pro nostris regibus, & exercitu illorū,  
&c. sicut Tertullianus ad Scapulam inquit: Sa-  
cificāmus pro salute Imperatoris, Deo nostro  
& ipsius, quomodo præcipit Deus, pura prece.

Extant autem aliquot formæ Missarū Chry-  
softomi dissimiles: Græca ab Erasmo conuersa:  
& alia ante annos 400 Constantinopoli sub E-  
manuele Comneno, Calijohannis filio Imp. à  
Leone Tusco diuulgata, quæ in canone λογικαὶ  
λαζαρίαι pro fideliter dormientibus, pro patribus  
& aviis nostris, interuenientibus patriarchis,  
prophetis & omnibus sanctis offert; & precati-  
onibus alicubi nomen Chrysostomi additum  
habet: vnde cætera non omnia eidem autho-  
ri adscribenda esse facilè aliquis ratiocinetur.  
Dissentit etiam ab his formis ea quam Am-  
brosius Pelargus conuertit, qui aliam adhuc in  
Bibliotheca pontificia, ab omnibus his discre-  
pante, extare testatur. Quæ varietas litur-  
giarum, falsò eas Chrysostomo tribui, & haud  
dubiè eius ætate multò puriore ac sinceriore  
rem adhuc liturgiæ formam fuisse, manife-  
stè demonstrat. Nam & Dionysius, quem A-  
reopagiten vocant, quemque non multis an-  
nis Chrysostomi ætatem antecessisse, Erasmus  
etiam coniecat; cùm diligentissimè omnes  
suo tempore ritus in ecclesia visitatos recitet,  
nullam profus oblationis aut sacrificij promor-  
tuis mentionem facit. Recentiores etiam for-  
mæ, et si mortuorum animas in requie & luce

vultus diuini collocari petunt, tamen oblationem pro animabus ex igne purgatorio liberandis nullam faciunt. Et quanquam tria loca discedentium ex hac vita Græci discernunt: Eorum enim, qui piè vixerunt & in Domino mortui sunt, animas beatas rectâ in cœlum transferri: Impiorum verò qui sine pœnitentia obierunt, rectâ ad inferos detrudi docent: Eos autem, qui iniuste finevit & primùm ad Deum conuersti sunt, alio in loco, media conditione inter beatos & damnatos, collocant: unde eos eleemosynis & precationibus viuorum liberari sentiunt: tamen hunc locum Ignem Purgatorium non appellant.

In Baptismo tertiam personam in pronunciatione verborum usurpant: *Baptizetur seruus Christi, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti:* & totum hominem in aquam immergunt. Maritis sacerdotio fungi concedunt, sed monogamis duntaxat. Digamos enim, iuxta Canonum præscriptum, ab officio suspendunt. Coniugium verò intra septimum consanguinitatis & affinitatis gradum, & in secundo genere affinitatis, intra quartum, in tertio intra secundum gradum cōtrahere legibus interdictum est. cuius vetustæ prohibitionis etiam in c. *Nullum 35. q. 3.* indicia extant.

Sed hæc de doctrina & ritibus ecclesiarum in Græcia dixisse sufficiat. Nam de processione Spiritus sancti, de pane azymo, de momento consecra-

separationis, de Romani pontificis primatu quē  
Græci non agnoscunt, & de cæteris, quæ in Syno-  
odo Ferrarensi & Florentina, ante 130 annos  
disputata, singuli in Actis Conciliorum legere  
possunt, nihil in hac temporis angustia disseri à  
me ad alia properante, hoc loco commodè po-  
test.

In ASIA verò, multò quām in Græcia tristi-  
or vastitas per Saracenos & Turcos facta est,  
qui non solum ecclesiæ & scholas, verūm etiam  
urbium florentissimarum, quæ hospitia ecclie-  
sijs & doctrinæ studijs olim præbuerunt, ædifi-  
cia deleuerunt. Niceam, vbi Symbolum fidei  
nostræ, quod Nicenum appellamus, conditum  
est; & vicinam ei Nicomediam, & Cæsaream, D.  
Basilij episcopi doctrina & eloquentia illustra-  
tam; & Antiochiam Syriæ, vbi Christiani pri-  
mūm nominari cœperunt; aliasq; vrbes pluri-  
mas, quæ olim populosissimæ, & doctrina reli-  
gionis ac potentia celeberrimæ fuerunt; nunc  
cadavera urbium, & ἐρείμα, veteris magnificen-  
tia & amplitudinis vestigia tantum ostendere  
intelligo. Passim tamen inter multitudinē Ma-  
hometicam, ecclesiæ Christianæ, (vt in vinde-  
mia nō ybere, unus & alter botrus,) sed dogma-  
tum & rituum dissimilitudine & varietate qua-  
dam differentes, & sectis dissectæ, in toto Ori-  
ente reliquæ sunt. Ex quibus Syri, & Georgiani,  
veterem Iberiam & Albaniam incolentes: quos  
ad Boream Caucasus, ad occasum Colchi (Men-

grellios hodie nominant, Trapezuntinis finibus propinquos) ab ortu, mare Caspium; à meridie, Armeni ambiunt: in octodecim episcopatus, qui vni Catholico seu Patriarchæ parent, distributi, Græcorum doctrinam & ceremonias in universum sequuntur, ac Syri Liturgiæ sua auctorem D. Basiliū laudant, sed sanctorum cōmemoratio, in quorum intercessione latere & per eos ad Deum accedere cupiunt, aliquanto impudentior, & oratio pro mortuis prolixior est, nec tamen illa sacrificij corporis & sanguinis Christi pro defunctis ex purgatorio liberandis mentio fit.

ARMENIORVM, qui à finibus Cappadociae & Ciliciæ, in qua, Terassa S. Pauli patria, Tarsus olim appellata, hodie floret, vsq; ad Iberiam, mare Caspium, Medianam & Assyriā, longissima terrarum spacia occupant: Religio & ritus, nostris etiā hominibus, qui Vilnæ in Lithuania aut Leopolī Russia, vbi templo Armeni propria habent, negotiationem exercent, non ignoti sunt. Hī quoq; ecclesijs suis proprium Patriarchā Christianū, quem Catholicon nominant, prefectum habent: nec in sacris alia quā in ipsis vernacula & vulgo nota lingua vtuntur. Quem morem, Ruthenos, ac Moscouitas, & Moldauos, aliasq; gētes, Byzantino Patriarchæ subiectas, & alias in Oriente & Africa ecclesiias Christianas, hodie etiam seruare scimus.

Vbiq; autem extat forma Liturgiæ Armeniorum, in

rum, in qua, et si multa cum Christi institutione & nostris ritibus congruunt: omnibus enim integrum sacramentum distribuitur: nec villa, sine distributione sacramenti, Missa celebratur: nec sacerdotes mariti ab administratione facri accentur: tamen inuocationis & intercessionis sanctorum, & oblationis sacramenti pro alijs, expressior & prolixior, quam in veteribus Græcorum Liturgijs mentio fit. & in Symbolo verba quædam, nec Græcis nec Latinis vñtata, sed tamen piè sententiam Symboli declarantia, intexunt: & Formula verborum, quibus sacerdos communicans vtitur, cæteris dissimilis est.

Passim etiam in Syria & Perside, ac toto Oriente, Nestorianorum ecclesiæ, vni Patriarchæ, quem Iacelichum appellant, obedientes, sparsæ sunt. Et ad montem Libanum, Syri Maronitæ, quos olim Monotheletas, nūc solos ferè in Asia Latinæ ecclesiæ conformes esse referunt.

Multò autem latius, in Asia & Africa, Iacobitæ propagantur, à Iacobo Syro nomen ducentes, qui circa annum Christi 550, singulari acuminis ingenij, & eloquentia excellenti, pro Eutychis & Monotheletarum doctrina, de vnica post vñionem in Christo natura, acerrimè propugnauit. Verùm P A T R I A R C H A A N T I O C H E N V S , qui ecclesijs in Syria & reliquo Oriente olim præfuit, nunc in solitudinem ferè redacta Antiochia, nec ullo Christianorum

templo ibi reliquo, in vrbe Damasco, ad S. Mariæ ædem, nostra ærate habitat. Summum enim & augustissimum S. Ioannis Baptista templum, Turci annos 1516, Syria Ægyptoque subacta, & ante hos Saraceni, occuparunt.

I E R O S O L Y M I T A N O Patriarchæ, qui hoc tempore præst, Germano nomē esse, ac in ipsa vrbe Ierosolyma, circiter decem Christianorum templa superesse audio. Cathedrale ad S. sepulchrum, cui Patriarchæ sedes contigua est, circa quod singularum ferè Christianarū gentium aliqui sacerdotes aut monachi habitant, qui suis aduenientibus patrio ritu rem diuinam faciunt. His anno 1516 exeunte, Selymus Imp. Turcicus, Campsone Syriæ ac Ægypti rege ad Singam cælo, & cum exercitu ex vrbe Damasco per Ierosolynam in Ægyptum proficiscens, clementissimè conseruatis, munera etiam ut viris probis & religiosis benignè largitus est. Verū claves Templi custodiunt Turci, qui à singulis peregrinis sepulchrū Domini ingressuris quinq; ducatos exigunt. Alterum est ἄγιας αἰαστῶν, & S. Saluatoris templum, quod Armeni tenent: S. Michaëlis quod à monachis Georgianis incolitur: S. Iacobi, S. Teclæ, Ioannis Baptista, Georgij, Demetrij, Catharinæ, & radicibus montis Sionis contiguum, quod Latini monachi familiæ Franciscanæ possident.

Gazam vrбem amplam & populosam, vni adhuc Ecclesiæ Christianæ hospitium præbere, illiusq;

illiusq; episcopum se à cognato suo Patriarcha Ierosolymæ electum esse, Thessalonicensis ille Michaël Libadarius, cuius paulò antè mentionem feci, narrabat. Et in oppido BETHLEHEM, quindecim domus Arābum, & totidem Christianorum Iacobitarum hoc tempore conspici, & ab his templum Christianum, eo in loco, vbi Maria virgo Christum peperisset, adhuc tene-ri, addebat.

Præcipue autem in AEGYPTO & contiguis Agypto amplissimis Aethiopiæ regnis, Christiani Iacobitæ, longè lateq; propagati sunt: qui Eutychis & Discori Alexandrini doctrinam de Christo, ex duabus, non in duabus naturis subsistente, à Iacobo Syro & Iohanne Philopono, circa annum Christi 550 acerrimè defensam, sequuntur. Hi infantes primùm circumcisos baptizant, & cùm scriptum sit, Christum spiritu sancto & igni baptizaturum esse, candenti ferro, signum crucis, frontibus aut genis baptiza- torum inurunt,

In yrbe ALEXANDRINA, quæ Patriarchæ Agyptij domicilium, studijs doctrinæ, populi frequentia, ecclesiarum multitudine florentissimum olim fuit; nunc veteris amplitudinis ruinas & ἐπέιπται ostendit: tria tantum templo Christianorum reliqua sunt, quorum duo, ad S. Mar- cum & S. Michaëlem, Iacobitæ: tertium ad S. Sabam, Calogeri καλοὶ Εἰρόι monachi Græci inhabitant. præterea in curijs mercatorum, Cata-

lana, Genuensi, Veneta, singuli sacrificuli Missas quotidie in ædium illarum facellis celebrantes tolerantur.

**A L C A I R I** verò, quæ omnium totius orbis terratū amplissima & populosissima vrbs esse, & aliquot millia templorum, Mahometicæ religioni dicata, continere dicitur: Alexandrinum Patriarcham hoc tempore habitare, & tribus solummodo ecclesiis; ad S. Mariæ, vbi cum Christo infante, Herodis fæuitiem effugiens, hospitio Aphrodisij vſa, latuerit: ad S. Nicolai, vbi ipse Patriarcha domicilium habeat: & ad S. Georgij, præesse, Græcus ille referebat. cuius sermones cōfirmant, qui Patriarcham Alexandrinum Ioachimum, senem venerandum, in aula Turcica Constantinopoli recens viderunt, & cum eo locuti sunt. & ex Damiani à Goës de Religione & fide Æthiopum libello, cognitione dignissimo, constat, Æthiopicarum ecclesiarum in Præteiohannis imperio, Patriarcham summum, ex Alexandrini Patriarchæ collegio eligi, & ab Alexandrino hodie etiam confirmari.

Fuit autem auorum adhuc memoria, antequam Selymus Turcorum Imp. Mamaluchis deletis, Ægyptum anno Christi 1517 occupauit, Baptismus in tota ferè Ægypto à Mamatuchis usurpatus, qui etsi non veræ pietatis studio & amore salutis æternæ, sed ut succedere in dignitatibus & officiis parentum liberi possent, baptizari eos à Christianis sacerdotibus curabant:

bant: (lege enim constitutum fuit, ne præter Mamaluchos, qui fide Christiana primū imbuti, deinde eam abiecissent, quisquam ad honores & præfecturas admitteretur) tamen hac ipsa occasione multos infantes baptizatos, magnam ecclesiæ Christi partem fuisse, non dubium est.

Vltra Aegyptum & Syenen, quā hodie Guageram incolæ appellant, Tropico Cancri subditam, in latissimis AETHIOPVM regnis, Aequinoctiali subiectis, passim ecclesiæ Christianæ florēnt. Quarū fundamenta primū ab Eunucho Candaces reginæ Aethiopum, quem Philippus baptizauit, & à Matthæo & Bartholomæo Apostolis, iacta esse, ipsi earum Doctores testantur.

Maximum autem in ea Africae parte Imperium, quadraginta & amplius regna minoria complectens, tenet potissimum monarcha, quem incolæ Belulgian; nostri corrupta voce, Prætegian, vel Priester Iohan appellant. qui ex professo Religionem Christianam colit, & patrum nostrorum memoria, ad Sextum IIII, & postea ad Clementem VII. legatos misit, quilibetas Clementi inscriptas, Bononiae, præsente Carolo V. Imp. anno 1530, mense Ianuario exhibuerunt, & de Prætegiannis pietate & amore religionis & Ecclesiarum, Christi doctrinam in Europa profitentium, & studio amicitiae & coniunctionis cum ipsis tuendæ, prolixè testati sunt, ac multa, nostros homines,

non solùm de Prætegiannis aula, copijs, appara-  
tu bellico, rebusque gestis, & illarum gentium  
moribus; verùm etiam de ecclesiarum conditi-  
one, & sacerdotum ritibus docuerunt, quos cum  
nostris magna ex parte congruere, ex editis eti-  
am Liturgiarū formis, in Æthiopia ysitatis, tum  
ea, quam Canonem vniuersalē nominant, tum  
altera, quam Franciscus Aluares in legationis  
suæ commentarijs descriptis, cognoscere singu-  
lis licet. Nam & epistolam, & euangelion, &  
verba Consecrationis, sine eleuatione, lingua  
populo nota retinent, & omnibus, qui sunt in  
ecclesia, sacramentum sub vtraq; specie sacer-  
dotes monogami distribuunt. His in toto Præ-  
teiohannis Imperio, vnuis Patriarcha præst: qui  
ab Alexandrino, vt dixi, confirmatur, & inter  
cæteras suæ gubernationis curas, multos suæ  
gentis homines, quos in vniuersum Abbasinos  
nostrī appellat, Ierosolymis assiduè alit, & quot-  
annis impenso viatico aliquos eò mittit, qui de  
rebus Christianis certò explorata & cognita in  
patriam referant. Hi Romam religionis causa  
interdū expatiantur, vbi in Vaticano proprium  
cum domo delubrum habent, ac patro ritu sa-  
craebrant. Cum his Præteiohannis subditis  
se Ierosolymis lingua Saraceniça locutos esse, ac  
quæ nunc recito, cum Sabellici etiam & Iouij  
historiæ scriptorum narrationibus congruen-  
tia, corām se ex eorum sermonibus cognouisse,  
duo viri fide digni nobis Viennæ exposuerunt.

&amp; Da-

& Damianus à Goës, ea, quæ de fide, religione  
ac moribus Æthiopum commemorat, se ex ore  
legati Præteiohannis ad Lusitanæ regem, anno  
1534 Lysbonæ didicisse testatur.

Sed plura de Africanis ecclesijs, ac de Maho-  
meticæ etiam blasphemiarum dogmatis & ritibus,  
qui totum littus Africæ, à Pelusio usq; ad colu-  
mnas Herculis, & Fesam, Mahometicæ Acade-  
miae sedem, Salæ fl. impositam; Nicolai Clenar-  
di etiam, qui literas Arabicas anno Christi 1540  
ibi didicit, epistolis celebratam; & totum ferè  
Orientē, Turcico ac Persico Imperio subiectum  
occuparunt: ex publicis historijs, & Alcorano i-  
pso, ac refutationibus Basileæ coniunctim edi-  
tis, studiosi cognoscent. Quos, si dissimilitudine  
editionum Alcorani offendentur, illud moneo,  
quod ex Iacobo Palæologo Græco, Praga didi-  
ci, libros unde illæ translatæ sint, non ipsum Al-  
corani contextum, rhythmis Arabicis constan-  
tem, sed paraphrases Alcorani, maiori verbo-  
rum copia, à diuersis interpretibus institutas,  
continuisse.

Nunc in PANNONIAM venio. Quæ regis  
Matthiæ temporibus adhuc, florentissimum or-  
bis Christiani regnum, à monte Cecio ferè ad  
Pontum Euxinum pertinens, in septuaginta  
duos comitatus diuisa, multas episcoporu[m] Chri-  
stianorum sedes complexa est. Nunc tota ferè  
inferiore Pannonia inter Arabonē & Sauum,  
que plurimos Imperatores Christianos & alios,

Valentinianum, Gratianum, & ante hos Constantium Chlorum, Constatini magni patrem, Iouinianum, Aurelianum, Probū, Decium, &c. olim genuit: horribiliter per Turcas vastata, & in solitudinem ferè redacta: & Mysia superiore ac inferiore, & Illyrici parte (in qua oppidi Sdrigno, D. Hieronymi ortu celebrati, vestigia adhuc extare audio) & trans Danubium, maxima Daciæ parte, auulsa: angustis sanè & passim interruptis finibus continetur. Et tamen in his ipsis regni Pannonici ruinis, æternat sibi ecclesiam Deus, per ministerium puræ euangelij doctrinæ & sacramentorum, colligit, non in ea tantùm parte quæ nostro Imperatori Maximiliano paret, ab ostio Morauæ ad longissima montis Carpathi iuga, in Transyluaniam usque porrecta: & trans Danubium circa fluum Arabonem (quæ S. Martini patria fuit, cuius επάνω μορι montem, arce & sepultura S. Stephani primi Vngariae regis Christiani insignem, ex cuitate Raba, quæ nostro tempore Imperij Christiani & Turcici limes est, & à fortissimo heroë, Eccio comite à Salma, defenditur, & euangelici pastoris voce de Deo & æterna salute eruditur; conspeximus) & circa Pisonis lacum, vberibus agris, nobilibus vineis, oppidorū frequenta, & vetustissima ac regia vrbe Odeburgo illustrem, in qua pastorem & senatum ac ciues veræ doctrinæ studiosissimos ipsi coram cognoscimus: verum etiam in ipsa vrbe Buda, duobus Christia-

Christianis concionatoribus, pontificio & Lutherano, locum in publico templo à Turcis cōcessum esse, ex Lazaro Suendio & aliis fide dignis audiui.

Sunt autem in citeriore hac Vngariæ parte monti Carpatho finitima, multæ Ecclesiæ, puritate doctrinæ, disciplinæ seueritatem, populi in ornando ministerio frequentia, assiduitate, reverentia, & rituum grauitate, Dei beneficio florentes, & in Domino nobis coniunctæ: præcipue in urbibus metallicis, & in Cepusieni tractu; & Transyluanicæ parte præcipua, quam Saxonæ incolunt. in qua, Ecclesiæ & Scholæ eruditissimi viri Iohannis Honteri Coronensis (cuius Cosmographicos libellos carmine scriptos, & elegantibus tabellis Geographicis ornatos, sape vobis commendau) pietate, doctrina & sapientia præclarè constitutæ, & postea Valentini Wegneri, cuius Catechesis, Græco sermone piè, grauiter & copiosè scripta extat, eruditione & fide illustratæ sunt. Etsi autem nunc Blandratæ & furiarum cum eo conspirantium blasphemias, Ariana certamina renouantibus, non leuiter Ecclesiæ Transyluanicæ perturban-  
tur; tamen in vera & orthodoxa doctrina Deo iuuante firmæ & stabiles permanent, ac Docto-  
res pietate, doctrina, constantia & zelo singula-  
rilius ab omnibus suis arcetes, benignè & con-  
stanter fouent.

Pro hac immensa Dei bonitate & clementia,

quod ruentibus regnis & furentibus hæreticis, hæreditatem filio suo æternam seruat: sicut in diluvio, cum edificia omnia aquis obruta essent, tamen Arcam, quæ Noham & Dei ecclesiam vehebat, in columem conseruauit: toto pectore ipsi gratias agamus.

In BOEMIA, quam bis in hoc itinere peragrui, Ecclesiæ duabus hoc tempore appellatio-  
nibus præcipuis notari solent. Aliæ enim, Ponti-  
ficia omnia sine vlla exceptione retinentes,  
S V B V N A: aliæ Ioannis Hussi doctrinam se-  
cutæ, & Basilienfis Synodi tempore Pontificijs  
rursum coniunctæ, & permisso pontificis in cœ-  
na sacra populo quoque calicem distribuentes,  
verum in doctrina & ritibus cæteris ferè omni-  
bus, pontificijs cōformes, S V B V T R A Q V E no-  
minantur. Ab utrisq; seiuncti, & velut cathar-  
mata & peripsemata excommunicati olim fue-  
runt Fratres, quos Waldenses & Picardos & Bo-  
leſlauenses vulgo appellat: qui se veros & con-  
stantes ac germanos Ioannis Hussi discipulos,  
& doctrinæ ab ipso acceptæ fidos custodes esse  
profitentur. Extant autem, Confessio fidei, &  
apologia doctrinæ Fratrum, publicè edita. &  
cum duobus Ecclesiæ eorum præpositis Vien-  
næ, mandantibus dominis meis Procerum Au-  
striae delectis, ego & collega meus, de singulis  
Christianæ religionis partibus, ordine collocuti  
sumus. Ac tum ex scriptis editis, tum viua eorum  
voce competimus, eos de omnibus ferè articu-  
lis ean-

lis eandem sententiam, cum fundamento Prophetarum & Apostolorum congruentē, quam & nostræ ecclesiæ vna voce & uno spiritu, cum catholica ecclesia Christi profitentur, piè amplecti & confiteri, & à fanaticis opinionibus cum verbi divini norma pugnantibus, & iudicio veræ ecclesiæ damnatis plerisque, abhorrente. Nam quod qui sunt sub utrāque, & alij Donatistarum errorem ipsis obiciunt, quod ecclesiam suis cœtibus tantum definiant, & ministrorum, qui moribus sunt vitiosis, inefficax esse ministerium, doceant: id constantet pernegat. tametsi hos ab officio remoueri, & excommunicari oportere, sentiunt. Coniugio nemini interdicunt, sed tamen ministerio fungi cœlibes castos volunt, ut commodius ac expeditius ecclesiæ seruire queant, ac vt auditores, qui eleemosynis suis præpositos alunt, minus onerentur. De Eucharistia sententiam suam in Apologia D. Georgio Marchioni Brandenburgensi exhibita, satis commodè exponunt, ac in publicis etiam scriptis & cantilenis, panem & vinum cœnæ Domini, verum Christi corpus & sanguinem esse, aperte profitentur: tametsi disputationem de generali omnipræsentia ab hoc loco remouendam esse censem. Iterationem Baptismi olim usurpatam, & communionem parvulorum, ijs qui sub utraq; sunt, adhuc paſſim in Boemia usitatam, omittunt. Disciplinam honestissimè & ſeueriflímè regunt. In sacris suis

nulla alia, quam populo nota lingua vtruntur. ac etiam si aliquot linguarum peritos & doctos viros suis cœtibus prefectos nostra etate habent: tamen ut à sophistarum & monachorū contagij longissimè abesse viderentur, paulò antè ne literarum quidem & artium liberalium studia coluerunt. ac multis in locis, hoc etiam tempore, ministri, Latinæ linguae planè ignari, sed vita honestissimæ, & in scripturis diligentissimè exercitati, ecclesijs eorum præsunt. Pontificios ritus vel per se impios, vel alioquin ad ædificationem veræ pietatis & disciplinam inutiles, planè exploserunt, & ad primæ ac Apostolicæ ecclesiæ simplicitatem & grauitatem, totum ordinem concionum, lectiōnum, precum, cantilenarum (quas sanctissimis sententijs, selectissimis verbis, & elegantissimis numeris compositas, nuper Cæsareæ maiestati publicè dedicarunt) & cæteras ceremonias omnes reuocarunt. Templum eorū nitidissimè ornatum, hoc ipso, quod nihil accersiti ornatus habebat, Trebizæ in Moreavia vidi. Etsi autem Fratres isti, per probrum & ignominiam se Waldenses & Picardos ab aliquibus vocari ostendunt: & nominis Picardorum originem, à Iohanne quodam ex Picardia Galliæ orto, qui Platonicam communionem facultatum & vxorum in Boëmia incoarit, eaq; de causa cum suo agmine per Ciscam deletus sit, extitisse, vnis ex fratribus doctoribus mihi sciscianti respondit: tamen collatis historijs, & ex aliorum

liorum eruditorum, cum quibus Pragæ de Hus-  
si negotio contuli, sermonibus didici, longè ante  
Hus'si tempora, communionem vtriusq; spe-  
ciei, in Boëmia aliquibus in locis usurpatam, &  
pontificia dogmata, & abusus multos esse im-  
probatos. Cum enim Petrus Waldus Lugdu-  
nensis, à quo Waldensium appellationem pri-  
mùm ortam esse, certum est; tyrannide Pontifi-  
cia, Lugduno cum auditoribus suis, pulsus esset:  
alij in vicinam prouinciam Narbonensem; alij  
in Lombardiam, vbi frequentes cœtus & scho-  
las suæ religionis longo tempore habuerunt; a-  
lij, ac in his ipse Waldus, in Picardiam Galliæ de-  
latifunt; vbi plures collegas, & in his præcipuum  
Hieronymum in Picardia natum sibi adiunxit,  
qui Rothomagi, Ambianis, & in vicinia am-  
plios cœtus symmytarum collegit. Cùm autem  
per Ludouicum Galliæ regem ex Picardia eti-  
am ejcerentur: in Germania prope Mogunti-  
am & Francofordiam ad Mœnum aliquantif.  
per docuerunt. Inde in Boëmiā profecti sunt,  
vbi duobus ferè seculis ante Hussum doctrinæ  
sue semina sparserunt, quæ inde in Morauiam,  
Poloniā, Silesiam, & huius quoque Balthici  
litoris regiones, multis ante Hussum annis,  
propagata sunt.

Postea primū anno 1404, ex Anglia, Iaco-  
bus professione Theologus, & Conradus Can-  
tabrigensis, Wiclesi doctrina & libris instru-  
cti, Pragam venerunt. Qui de illius sententijs

publicè in Academia disputare crebrius soliti sunt: panis substantiam in Eucharistia non mutari: ritum confirmationis, leuem ceremoniam, & in scripturis non traditam esse: Confessionem arcanam sacerdoti faciendam, ab Innocentio præceptam, non adeò necessariam esse, ut ipse definit: Ordinatione episcoporum non fieri sacerdotem, sed sancta vita, testificante, eum ex Deo natum esse: Papam esse Antichristum: Prælatos Cæsareos, varios Monachos, variis Canonicos, & fratres mendicantes, non esse membra Christi sancta, nisi ante mortem animo saltem deserant acceptam stolidè sectam suam, & Christi sectam liberè induant: Sacerdotibus & Clericis tempore legis gratiæ, non licere prædia & fundos dominio ciuili possidere: Clericis Antichristi & alijs notoriè delinquentibus, bona & eleemosynas ecclesiæ eripiendas esse, & excommunicationem ea de causa illatam contemni debere: Ad verum seculare dominium requiri iusticiam dominantis, &c.

Hæc dogmata, annis 40 ante sub patrocinio & tutela Eduardi III. Wiclefus in Anglia, & via voce, & scriptis dialogis, quorum libri quatuor adhuc extare dicuntur, acerrimè defendebat. ac, mortuo Eduardo, ex Anglia pulsus, in Boëmia aliquandiu apud Matthiam Parisiensem, cuius de abominatione seu Antichristo liber prolixus citatur, quem eundem esse arbitror, qui sub Iohannis Hussi nomine excusus est, latitauit.

titauit. Vnde tandem in Angliam reuersus anno 1387 ex hac vita discessit. Huius igitur Wiclefi discipulis Pragam venientibus, IOHANNES HVSSVS magna cum ingenij, doctrinæ & eloquentiæ admiratione in schola & pro concione docens, & virtutia seu erè arguens, à populo & clero amabatur. Postea cùm in sacerdotum & pontificum libidines, auaritiam, prophanitatem, parizelo inueheretur, & sacerdotum munus esse, concionari & docere, non politico imperio dominari, & imperia, ditiones & principatus possidere, & non fungentibus suo officio, aut morum turpididine pollutis, auferri eleemosynas ecclesiæ, & alijs idoneis attribui, aut in alias versus pios conferri debere affirmaret: & disputationes de ficta conuersione panis, de discrimine veræ & falsæ ecclesiæ, ministerij Euangelici & dominationis politicae, & aliæ ex Wiclefi placitis, accederent: hic verò Clerifurijs exarserat atro felle dolor. ac illico archiepiscopus Pragensis Sbinco edictum de credenda necessario panis *mentuvia*, & de comburendis publicè Wiclefi libris proponit. Huic edito cùm in schola & pro concione Hussus cum suis aduersaretur, certamen atrocius exarsit: quod exorti in Academia Pragensi, eo tempore florentissima, de tribus suffragijs exterarum nationum ad Boëmos transferendis, quod Hussi opera præcipue à rege Wenceslao impetratum erat, tumultus auxerunt. Germanis igitur scholasticis Lipsiam.

migrantibus, vbi Fridericus, qui postea Electoris Saxoniae dignitatē primus in familiam Marchionum Misniæ intulit, sedes eis benignas tribuit, ac sequenti anno 1409, impetratis priuilegijs, Academiæ Lipsensis initium fecit: atrociora odia, in tota Germania & reliqua Europa, aduersus Hussum vbiq; inflammata sunt. Et iam Sbinco Romæ, pontificiam condemnationem dogmatum Wiclefi, & omnium ea tuentium confecerat: vñà cum interdicto, ne vspiam alibi quam in parochiarum templis populus pro cōcione Pragæ diceretur. Sed Husius in facello Bethlehem concionari nihilominus constanter pergit. Ac Husii paulò pōst Constantiam euocati, & propter confessionem veritatis constante combusti, vices in docendo Iacobellus Misnensis subit, qui vtriusq; speciei communionem publicam Pragæ primus incoauit.

Fouebat Husii partes Sophia regis Wenceslai regina, & ciuitates regiæ ferè omnes, ac multi proceres, Husii doctrinam, regi non improbatam, sequebantur.

Itaque Sigismundo Cæsari, qui quadriennio post crematum Hussum, Wenceslao mortuo, successurus erat, inter cætera etiam hos articulos proponunt: ut verbum Dei à sacerdotibus & Leuitis legitimè vocatis, purè & sincerè vbiq; in regno prædicari: & vtriamq; speciem sacramenti, iuxta Christi institutionem & mandatum à sacerdotibus & cæteris Christianis omnibus, si ne dif-

ne discrimine ex æquo sumi: & publica ac mani-  
festa flagitia in quolibet hominum statu legitimi-  
mè corrigi: & sacerdotes ac clericos conciona-  
ri & docere, non regio more dominari, & ditio-  
nes ac prouincias possidere sineret. Quibus po-  
stulatis cùm assentiri Sigismundus nollet, ipse  
quidem sedecim annos regno caruit. Ordines  
verò regni Pragæ Synodo coacta, supremam in-  
spectionem ecclesiarum in Boëmia & Moravia,  
quatuor Doctoribus in Academia Pragensi  
cominendant: & regulas Ecclesiasticas, ut no-  
minant, seu statuta, de norma doctrinæ, de ordi-  
ne gubernationis ecclesiæ, de concionibus, de  
eucharistia, de bonis ecclesiasticis, de peccatis  
mortalibus seuerè coercendis, de moribus cleri-  
corum & pœnis delinquentium, &c. viginti tria  
condunt, quæ ecclesiarum saluti & tranquillitati  
in Boëmia & Moravia seruissent. Inde bella, con-  
tinuum ferè decennium, Pontifice Germaniam  
in Boëmos incitare, secuta sunt. Quæ cùm Boë-  
mi, Cisca duce, cuius monumentum Czaflauie  
vidi, feliciter profligassent, tandem Concilij Basili-  
ensis tempore ad amicam pacificationem de-  
cursum est. in qua, post aliquot annorū tracta-  
tionem, postremò quatuor illi articuli, quos Si-  
gismundo Cæsari propositos fuisse dixi, aliquā-  
tulum mitigati sunt, & Boëmis concessi, hac  
tamen conditione, vt in cæteris omnibus reli-  
gionis Christianæ dogmatis & ritibus, ecclesiæ  
Romanae prorsus se subiijcerent, & conformes

redderent. Eius pacificationis formula, an. 1436,  
die quinta Iulij, Iglauiæ in Moravia, solennibus  
literis, quas vñstatissima in illis regionibus appelle  
latione Compactata nominant, sancta & con  
firmata est. Huic conciliationi Iohannes Ro  
chezana (qui eruditione & authoritate ceteros  
Hussi discipulos facile anteibat) & omnes ferè  
proceres acciuitates, Hussi doctrinam profiten  
tes, pacis & concordia studio assensi sunt. Pau  
ci alij, & in his Taboritæ, quos Waldensium do  
ctrinā amplecos fuisse, historiæ testantur, cum  
tetros Missarum abusus, & sacrificia pro viuis &  
mortuis, invocationem diuorum, cultus statua  
rum, idololatricum cultum panis circumgesta  
ti, & alias superstitiones pontificias planè auer  
sarentur; post longi temporis disceptationes,  
tandem se à Pontificijs & Rochezanæ auditori  
bus, pontifici coiunctis, quos S V B V T R A Q U E  
hodie nominant, prorsus separarunt, & electis  
ex suo cœtu Ecclesiæ ministris, proprias con  
gregationes instituerunt: quæ inter varias per  
secutiones & ærumnas multiplices, huc vñque  
in Moravia, Boëmia, Polonia & alibi conserua  
tæ sunt: & Waldensium ac Picardorum nomi  
ne ab aduersarijs passim traducuntur. Inter  
pontificios etiam, & Hussi seu potius Rochezan  
æ sectatores Boëmos, cum pontifice recon  
ciliatos, malè sarta gratia nequidquam coijt  
ac sæpe rescissa est: præsertim cum Iohannes  
Capistranus, (quem Chalcondyles historicus

Græcus,

Græcus, Pragam ad Boëmos Apollinem colentes missum esse refert, ut eos ad religionem Iesu transferret) à pontifice in Boëmiam & Vngariam ablegatus, articulum de cōmunione vtri-usque speciei, à Synodo Basilienſi concessum, publicis concionibus impugnaret, cui vehementissimè Rochezana restitit: & postea titulū Regis Boëmiæ, Georgio Pogebradio ademptum, pontifex Matthiæ Huniadi conferret. Nunc etiam, qui S V B V T R A Q V E celebrant, et si omnia ferè pontificia in cæteris articulis retinent, tamē iugo dominationis pōtificiæ excusso, (quod tamen rursus imponere illis nouus iste archiepiscopus Pragensis conatur) ex senatus ecclesiastici P R A C Ā olim instituti autoritate, potissimum pendere & regi cupiunt.

Hæc de Ecclesiarum Græciæ, Asiae, Vngariæ, & Boëmiae cōditione præfari hoc loco C H R O N I C I lectioni, quam usque ad Augustum & natum Christi tempora deduximus, volui. Nam ea de causa præcipue scribi & extare C H R O N I C A Deus voluit, ut ubi & qualis semper fuerit in mundo Ecclesia, sciremus.

Quod autem vetus Poëta inquit:

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,  
Omnia nos iuidem depascimur aurea dicta,*

*Aurea perpetua semper dignissima vita :*

Id alibi dixi ad hunc quoque libellum C H R O N I C I Carionis Philippicum rectissimè accommodari, in quo verè κορυφαὶ ἀπὸ πασῶν τὸ ιστορίας ἀρ-

zr̄ ē spe↓e, nec res gestas in ecclesia & imperiis  
solummodo nudē narrat: sed sapientissimē ac-  
commodat exempla ad regulas, & grauissimis  
noēmatis ac gnomis & epiphonematis vbiq; in-  
tertextis, vsum & applicationem historiarum ad  
omnia Reipub. cōfilia & actiones rectē geren-  
das demonstrat. Ut igitur haētenus in priore  
Chronici parte, ita deinceps etiā fontes primos  
& loca aūthorum, ex quibus historiæ ac gnomæ  
omnes de promtæ sunt, fideliter ostendā: & ec-  
clesiæ in primis Christianæ historiam, & dogma-  
tum controuersias, ac earum diiudicationes, di-  
ligenter Deo iuuante explicabo. Quem arden-  
tibus votis precor, vt ecclesiam sibi ēternam vo-  
ce euangelij, in his regionibus & toto terrarum  
orbe, immēsa bonitate colligat, & veræ de Chri-  
sto doctrinæ, & optimarum artium, historiarum  
ac linguarum studia ecclesiæ necessaria, in hac  
Sarepta seruet, & nos singulos doceat, guber-  
net & regat, vt Christo grata, & ecclesiæ Dei  
ac Reipublicæ, & animabus nostris  
salutaria discamus &  
doceamus.

D I X I.

VERI-

**V**ERITATEM narrationum, superiori oratione de ecclesiis Gracis, Asiaticis & Africani expositarum, confirmant sequentes epistole Patriarche Gracorum, & familiarium ipsius, & aliorum, ex urbe Constantinopoli, partim ad me, partim ad MARTINVM CRVSIVM, & alios, proximis annis scripta. Quas cum piis & ecclesia Christi amantibus lectu non ingratas nec iniucundas fore iudicarem: visum est huic orationi adiungere, ut exploratè ac cerò perspecta & cognita mihi bonos illos viros, ex quibus Viennæ anno ab hinc undecimo ore tenus pleraque sciscitatus sum, commorasse, lectori constaret. Quem si ad preces pro illis ecclesiis, à quibus religionem Christi primùm maiores nostri acceperunt, ardenter fundendas excusitabo, & simul voluptate non illiberali afficiam: non vulgarem me huius editionis frumentum cepisse arbitrabor. Anno 1580.

WENCESLAI BVDO-  
WIZII MAGISTRI AVLÆ, CÆ-  
SAREI APVD TVRCARVM IMP. LEGA-  
tiliteræ, hoc anno 1580 Constantinopoli allata,  
in quibus & veritas narrationum in oratione de  
statu Ecclesiarum Gracia & Asia cōfirmatur: &  
proximorum PERSIAE REGVM series & Hi-  
STORIA, & de Georgianis, & alijs rebus,  
quædam cognitu non indigna brevi-  
ter recensentur.

D. DAVIDI CHYTRÆO.

**P**ro Oratione mihi missa summas ago gratias; fuit enim hæc verè gratissima, & quæ me misericordie & delectarit & erudierit. & quantum adhuc ipse obseruavi, partim ex aliis multis cognoui, certè tuæ obseruationes & inuestigatio- nes facile palmâ referunt, nisi quis in minutulis illis & mutabilibus ceremonijs inquirendis curiosior esse velit, quod nonnulli hic sine omni fructu, ne dicam inepte, faciunt.

Hodiernus Græciæ status certè per omnia talis est, qualem tu esse scribis. In primis autem nimium illud verum, quod adeò omne studium linguæ antiquæ Græcæ inter eos collapsum sit, quod fortasse adhuc tolerabilius esset, nisi insci- tiam

tiam suā doctrinā vmbra contegerent. Omnia enim sacra eorum, lingua antiqua, neque à sacerdotibus, neque à populo intellecta peraguntur: raræ conciones, raræ ad populum adhortationes: vnde superstitiones infinitæ, & in quibus non humilitas aliqua præsertim sub hoc iugo tyrânico, sed fastus potius cernitur, & is quidem plusquam intolerabilis.

Accum Dei beneficio Ecclesiæ eorum adhuc honestissimos redditus habeant, malunt eos ad ociosos Missificatores, quām ad vnicā aliquam paruam Scholam erigendam conferre, in qua iumentus de sincero Dei cultu, aut artibus honestis saltem institueretur.

Solus Patriarcha noster Constantinopolitanus dicitur habere in redditu annuo ad viginti millia talerorum, & vltra, sed quorum tamen nonnulla pars in magnates Turci ob donationes nimirum perit. Hæc inquam beneficia Dei, non solum non reddunt eos excitatores, sed potius obstinatores, vt qui magis de prisco illo imperiali ecclesiæ suæ splendore, quām de sinceritate huius, solicii esse videntur.

De Asiaticis Ecclesiis quæ scribis, nec ego alia adhuc quepiam cognoui, licet complures nobiles & eruditiss. iuuenes, hoc nostro tempore, quo h̄ic moramur, illa Asia & Ægypti loca feliciss. peragrariint, inter quos unus ex meis conteraneis Christophorus à Witzumb, nūc domum ad suos vti audio reuersus, nonnulla ex Tripoli

Syriæ ad me perscripsit. quę licet de ecclesiæ statu nihil continent, tamen tibi sub hac occasionemittenda iudicari, quòd nonnulla recitent, quæ fortasse suo in loco grata esse poterunt.

Ego de Georgianis, quorum hīc legatos mihi videre licuit, te certiorem faciam, quanquam non legati publici erant, quemadmodum initio dicebatur, sed principes suarum regionum fratres duo. Hi à Mustapha Bassa, contra Persas eunte, ditionibus exuti suis, huc ad Imperat. tertia mensis Iunij elapsi profugerant, & vrbē hanc magno & splendido comitatu ducentorum cinciter hominum ingressi, solenniter à Turcis excepti fuere: deficiente paulò pōst iuniore fratre vñā cum sua cohorte ad Mahometismum, idq; ob defraudandum fratrem & eripiendum illi tanquam primogenito ius dominandi, quod & accidit.

Accūm senior semel atque iterum illustriss. D. Oratorem meum salutare per suos iussissem: placuit D. Oratori, semper mea vti opera ad eum resalutandum, & ad constantiam Christianæ religionis adhortandum: quod equidem ea qua potui diligentia feci, eiique diligenter qua-renti de ecclesiarum Germanicarū statu, ad singula breuibus per interpretem respondebam, & diebus aliquot elapsis, inuentum inter Græcos libellum Græcum confessionis Augustana, Basileæ impressum, cuius huc D. Steph. Gerlakius plura exemplaria transportari curauerat: hunc

hunc inquam, ex cōsensu Magnif. Domini mei,  
& cum subscriptione manus ipsius, fratri senio-  
ri obtuli, quem benignè acceptum, statim in lin-  
guam suam Ibericam transferri iussit, seque ad  
suos vñā cum exemplari Græco transportatu-  
rum promisit. Dimissus est autem hinc ad suos  
(vñā cū fratre apostata) rebus suis mirificè per-  
turbatis, & nihil impetratis eorū quæ petierat,  
excepta vita incolumi. Nomen illi erat Quark-  
Ware Atabac,

Ego multa, tum ex ipso, tum ex ipsius homi-  
nibus inquisui de Politia & Ecclesia eorum; &  
reperi diuersos principes illa loca incolere, mori-  
ribus & opinionibus diuersissimos. Græcū Pa-  
triarcham colunt quidem, sed ab ipso nō depen-  
dent, vt qui in multis se à Græcis dissentire di-  
cant, quæ tamen dissimilitudo in varietate rituū  
consistit, qui ipsis sunt, quemadmodum & Græ-  
cis, caput & principale religionis.

Missus fuit cōtra hos populos in Colchidem  
præfectus maris, mense Maio, cum 23 triremi-  
bus, sed illis ad defensionem cum vicinis Men-  
grellianis & Circassis concurrentibus, nō adeò  
multum effecit, sed extructa quadam in Men-  
grelliana munitione, & nonnullis tributariis fa-  
ctis, 26 Septemb. huc rediit, triremibus suis ma-  
iori ex parte tempestate ponti Euxini conqua-  
satis, & tribus submersis, id quod ex captiuis in-  
notuit. Et hæc quidem de Georgianis, quorum  
tu in Asiaticis tuis facis mentionem.

In Vngaria eadem videre licuit, quæ annotas,  
ac cùm Buda per equos dispositos hic præmis-  
sus essem, quantum in illa celeritate obseruare  
potui, reperi plerosque illos pagos, quos transi-  
bamus usque ad duorum dierum iter distantes à  
Constantinopoli, Christianum nomen profi-  
teri, si modò vita nomini responderet.

In Bohemia mea gratissimo animo ample-  
ctor illa catharmata & peripsemata, tanquam  
testaceos illos Domini thesauros, quib. vt quod-  
uis vitæ genus Dominus pro sua misericordia  
exornet, & nos doceat, diuinam eius benignita-  
tem & philanthropiam toto pectori oro.

Nomina Regum Persicorum, ab Ismaele pri-  
mo, usque ad præsentem Regem, vt voluisti, ti-  
bi mitto. addita est etiam breuiter historia ab  
antiquo quodam interprete Cæsareo, qui par-  
tim ipse aliqua obseruauerat, partim inter Tur-  
cas collecta & collata desumferat. Hæc ego, vt  
ab ipso composita sunt lingua Italica, tibi tran-  
mitto: non enim propter festinationem licuit  
ea in linguam Latinam trasferre, ac puto te lin-  
guam Italicam intelligere. Illud autem obserua-  
bis, particulâ Schah, quæ propriis Regum no-  
minibus præponitur, significari lingua Persica  
Regem: quemadmodum nomen Sophi, qno o-  
mnes Persici reges vtuntur, religiosum signifi-  
cat, vt qui in Mahometana idololatria religiosi-  
ores Turcis videri volūt. Sic Turcici Imperato-  
res nomen Sultani ab imperando usurpant, cui  
forfitan

forsitan illud Gallicum Syre comparari posset.  
vtrumq; tamen iam hodie in abusum deuenit,  
vt quod promiscue quibusuis penè tribuatur.  
Sed hæc hactenus.

Hispanicus quidam nuncius, septem perso-  
nis comitatus, vrbē ingressus est & huius men-  
sis, de pace, vti aliqui volunt, nonnulla tracta-  
turus. Sed Turcis Lusitanicus ille apparatus o-  
mnino suspectus est, id quod tempus docebit.  
Bene & feliciter vale vir clarissime, & me quod  
facis ama. Datae Constantinopoli 9 Octob. an-  
no 1579.

*Wenceslaus Budovvix à Bud-  
ova, Cesarei apud Turcicū  
Imp. Oratoris aula magister.*

### Post scripta, 12. Octob.



Vm cursor noster non nihil hīc  
commoratur, casus subsecutus  
est, quem tibi breuiter indican-  
dū putaui. Mahomet Bassa, qui  
trium Imperatorum supremus  
Vesirijs, id est locum tenens, erat, vndeclima hu-  
ius mensis heri circa horam 4 pom. à quodam  
mendico Turcico, supplicationem exhibente,  
in suo aulico Senatu interficitur, percussus cul-

D

tello, in dextrum pectus illiso, ex quo vulnera  
duabus post horis mortuus est, & hodie horam 9  
matutinam sepultus: homicida pariter, alteram sta-  
tim post hora, in quatuor partes dissesto; qui in  
perpetrato facinore, adeo ab astantibus, contra  
exhortationem primatum, hinc inde tractus &  
verberatus erat, ut semimortuus & mutus inde  
reportatus, & ad ipsum Imperatorem ductus,  
causam perpetrati homicidij dicere non potue-  
rit. Hic est exitus huius Bassae, hominis penes o-  
ctogenarij, cuius praecursors erant hoc tem-  
pore nostro Bassa Budensis, & Alexadrinus pre-  
fectus, iussu Imp. strangulati. Non dubito quin  
huius viri interitum in hac Monotyrannide ali-  
qua insignis subsecutura sit mutatio. Datę Con-  
stantinopoli 12 Octob. anno 79.

*Wenceslaus Budovvitz  
à Budovva.*

SERIES

st

SERIES PROXIMO-  
RVM PERSIÆ REGVM, CV-  
IUS IN SVPERIORE EPISTO-  
*la mentio fit, ex Italico ad ver-  
bum conuersa.*

**E**CUNDVM historiam Ottomani-  
cam, Rex Persiæ ex hac familia pri-  
mus, ISMAEL regnauit plus quam  
viginti annos. Ille eo tempore do-  
minabatur in totum regnum Per-  
siarum, & insuper possidebat grandem illam,  
famosam & antiquam ciuitatem Babyloniam,  
& ciuitates Wan, Scherzul. aliæ quoque maxi-  
mæ ciuitates & castella erant sub ipsius impe-  
rio. Ille eo tempore dominabatur in totam Ar-  
meniam maiorem, & partem Cappadociaæ, vi-  
que ad confinia Amasiæ. ille bellum gerebat  
cum populis Ciliciæ, in summa plurimum no-  
cebat & incommodabat Imperio Ottomanico.  
Eo tempore regnabat Baiazeth secundus Impe-  
rator Turcorum, & præ maximo metu, quo te-  
nebatur, singulis annis sua munera supra dicto  
Regi Persiæ mittebat; ut sic in bona pace & vici-  
nitate statet.

Sed postquam dictus Baiazeth mortuus est,  
filius eius Selimus primus, qui ei in regno &  
imperio successit, non voluit mittere solitum

munus, quod pater mittere solebat. Quin etiam de bello contra Persam mouendo deliberauit, & subitò transiit in Asiam cum maximo exercitu, & viam suam sequens in agro dicto Zalderan siue Calderan, castrametatus est, & ibi cum supra dicto Sophi rege Persiae, Scah Ismaël nominato, prælium commisit, in quo Selimus obtinuit victoriā, & Ismaël vinctus & in scapulis vulneratus, rediit in Persiam magno cum suo damno & pudore.

Selimus cùm victoriosus esset, occupauit eo tempore multa castella & ciuitates, & dispulit Persas ex confinibus Armeniæ maioris, Ciliciæ, Amasiæ, & rediit Constantinopolim cum magno triumpho. Et quoniam res huius mundi sunt semper mutabiles, Selimus mortuus est, & suus filius Sultan Solymannus successit ipsi in imperio.

Aliquot annis post similiter moritur Ismaël, & ipsi succedit suus filius Scah Tahmas. Solymanus ipse quoq; volens imitari suum patrem, mouit bellum contra Scah Tahmas, & ipsi admittit suprà nominatam ciuitatem Wan, & magnam ciuitatem Scherzul, & similiter diripuit amplam & capacem ciuitatem Tauris, sitam sub monte Tauro. similiter in confiniis Georgianæ occupauit multa castella & ciuitates, & in Mesopotamia cepit multas regiones & munitio-nes. In Armenia itidem maiore occupauit infinita loca. Omnes isti nominati loci & regiones perti-

pertinebant & subiectæ erant regno Persiæ. Postea cùm tanta prælia & tam multæ pugnæ secutæ essent inter Solymananum & Scah Tahmas, facta est pax, quæ durauit ad finem mortis vtriusque.

Sciendum autē quòd Rex Tahmas habebat alterum fratrem nominatum Elcass. Huic cùm non cōueniret cum fratre, fugit, & venit ad Solymannum, cui Solymannus multum honoris exhibuit, & ipsi dedit exercitum, vt contra suum fratrem in bellū prodiret. Sicuti autem notum est, quòd in hoc mundo semper regnet inuidia, Generalis Dux Solymanni, qui cum isto in hac expeditione erat, motus inuidia, qua correptus erat, scripsit ad suum principem Solymannum, quòd dictus Elcass consilia sua clam cum Persis cōmunicaret, & quòd timeret ne proditionem aliquam tentaret. Postea illi misit alias literas, quas significabat tali forma ad fratrē suum missas esse, quocirca sine dubio omnē suspicionem & inimicitiam inter eos sublatam esse. In summa tantū effecit, vt Solymannus eum ad fratrem suum abduci iuberet, qui Elcass quām primum ad fratrem suum peruenit, ab eo in custodiā missus est, in castello dicto Kakhaka, vbi ad mortem usque detentus fuit.

Vt redeamus ad Tahmas, regnauit ille ultra quadraginta duos annos, & satis studiosè & sollicitè bellum & expeditionem contra Ottomannos molitus est, sed votorum suorum ex

sententia compos fieri nunquam potuit. In fine enim semper succubuit, nisi quod in mari Caspio ad fines Persiae duas regiones cepit, quibus imperabant duo domini, quarum una dicebatur Syruan, altera Gillan. Et hoc modo finitis suis bellis in nullam rem aliam intentus fuit, quam ut staret in bona pace & quiete cum omnibus suis principibus vicinis.

Post huius mortem ipsi successit Ismael filius, secundo loco natus, dictus nomine Ismael secundus. Hic viuo patre in mala eius gratia erat. causa fuit, quod ipsi non esset obediens. Sed interea dum Solymannus pacem coleret cum dicto Tahmas huius patre, ille tanquam inobedientis, patre ipso inscio, comparauit sibi bonum exercitum, & venit, imperiumque fecit in Bellerbegum de Arzrum, qui vocabatur Iskender Bassa, in ditione Sultani Solymanni, & eum tali modo fregit, ut vix saluus potuerit effugere. Solymannus hanc rem, & maleficium filij Tahmas amici sui, subito illi grauissime conquerens scripsit, addiditque de rebus quas filius fecisset contra capitula pacis, quae inter ipsos essent, item de aliis quibusdam damnis, quae regno Persico intulisset. Pater nouos hos nuncios cognoscens, vehementi exarsit ira, & filium incarcerari iussit in quodam castello, quod dicebatur Kahkaha in regione Erdeuil, quod vicinum est finibus Persiae & Syruan. In eo castello detentus fuit, usque ad mortem sui patris.

Mortuo

Mortuo Solymāno Imperatore Turcorum, illi successit filius Selimus secūdus. Dictus Tahmas rex Persiæ, misit illi suos legatos & confirmauit pacem & vicinitatem. Similiter postea- quam mortuus est Selimus, & ipsi successit Mu- rath, misit legatos ad iterum cum eo cōfirman- dam amicitiam.

Et non longè pōst ipse quoque rex Persiæ Scah Tahmas mortuus est. Et omnes domini & principes Persiæ miserunt legatos cum literis in Corassan, vt accerserent alterum filium supradicti Tahmæ, (qui nominabatur Muhemet Hodabendi, & eo tempore commorabatur in Co- rassan) eumque Regem Persiæ crearent. Ille au- tem tum matrimonio sibi iuxerat filiam Do- mini Corassani, & socero mortuo ille tanquam gener & hæres regni seu dominij illius relicti, eam regionem gubernabat & regebat, & nun- quam voluit redire in Persiam, vt ibi se regem constitueret.

Persiæ videntes quòd iste regnum adire non vellet, deliberarunt de rege creando suo fratre Ismaële, qui erat in custodia. Et sic simul omnes uno animo eum regem crearunt, qui secundo sui regni anno mortuus est. Habebat hic alte- rum quoque fratrem minorem, quem, dum re- gnabat, veneno interfecit. Similiter propria i- psius & carnalis soror, propter eius praua & ma- litiosissima instituta, & sceleratam pessimā- que vitam & mores, cum consensu procerum

regni Persiæ, venenum ei præbuit, atque ita, sicut frater, ipse quoque ruptus est.

Post mortem huius, cùm viderent & experirentur Perſæ, se rege & legitimo regni hærede & successore destitutos esse, miserunt legatos precatum ad suprà dictum Muhemet Hodabendi, ut ad regnum veniret. Ille etiā duriusculum se præberet, tamen tandem, cùm tanto pere exstimularetur, ipsis assensus est, & venit ad regnum, ubi & subito creatus fuit Rex, & hucusque regnauit.

Et ante tres annos stabant adhuc in bona pace & vicinitate cum Ottomanni, neque querebat eorum dominium lædere, multò minus recuperare ea quæ pater & avus suus amiserant, cum omnibus istis stabant in pace & quiete. Nihilominus Ottomanni, tanquam iij, qui nunquam contenti iis quæ habent, & gens continuò inquieta, mouerunt bellum contra miserrimum Muhemet Hodabendi regem Persarum, quod ad hunc usque diem durat. Anno superiore ceperunt aliquas regiones & ciuitatem Tifflis in agro Georgianorum, insuper etiam vastarunt Syruan, & hoc anno ædificarunt Carso, idque semper cum satis magna iactura sui exercitus, ita ut ab utraque parte penè fuerint fatigati. In presentia pro firmo & certo habetur, quod Ottomanni cum rege Persiæ pacem facere constituerint.

Dicunt quod hic Rex non bene videat: aliqui volunt

Volunt dicere, quod sic natus sit: alij dicunt, quod  
pater suus dedita opera ipsi visum oculorum  
perdi iussit, eò quod adhuc viuo patre, Persæ  
eum regem creare studiissent, & hec cauſafuit,  
quod pater eum hoc ludibrio affecerit.

## S E R I E S R E G V M P E R - S I A E P R O X I M O R V M .

Caliohannes Rex

Vſuncassanuſ

Rex Persarum

Trapezuntis.

Despoina

Harduelles  
gener Vſun-  
cassani.

Martha.

Iacuppus inter-  
fecit Harduellem.

HISMAEL  
SOPHI, Rex

Alphantes  
ab Hisinæle  
interfectus.

Persatum, qui cum Selymo Turcarum Imper.  
confixit anno Christi 1515.

THOMAS  
42 annos re-  
gnauit, obiit 1575.

Elcas seu Ca-  
ſul.

Hismael I I.  
patri succedens,  
altero anno obiit.

M A H O M E T Hodabendi, qui  
nunc cum Turcis bellum  
gerit, cœpit 1576.

DE PRÆSENTI TVR-  
CICI IMPERII STATV ET

*Gubernatoribus præcipuis, & de  
bello Persico.*

FRANCISCVS A BIL-  
LERBEG

DAVIDI CHYTRÆO S. D.

 Vm Constantinopoli hoc tempore viuerem, & de argumento epistolæ ad te preceptorem olim meum mit- tendæ deliberarem, existimauit me rem non ingratam tibi facturum, si de Imperij Turcici hoc tempore Gubernatoribus, & de Persicis rebus, & alijs, quas memoratu dignas hîc vidi, vel à fide dignissimis hominibus accepi, Humanitatituae significarem. Nam de statu ec- clesiârum in his gentibus ad te scribere superua- caneum duxi, cum tibi eum magis etiam quam mihi notum esse intelligam extua Oratione hîc à viro quodam nobiliss. mecum communicata. quæ tum alijs de causis, tum verò quodd omnia quæ in ea narrantur, in veritate se ita habere cō- peri, gratissima fuit.

Placet autem ab ipso Imperatore Turcico ex- ordiri. Is Amurathes est eius nominis I I I. Sely- mi I I. filius, annos habens circiter triginta; prin- cipium Imperij sui , à quinq; fratrū impuberum cæde,

cæde, siue potius strangulatione auspicatus. Est verò statuta corporis humili: capite magno: oculis tardis & tumidis, nihilq; ferme se mouentibus: maxillis efflatis: naso oblongo, inq; os vsq; porrecto: barba rara, eaq; rubea: colore faciei magna ex parte pallido: corpore reliquo fluido & languido: morboq; laborat caduco. Constat quoq; eum spiritu esse præditum exili & timido, quippe qui rarò, nec nisi trāquillissimo mari, ad venationes & hortulos amœnos, quibus aliâs delectatur, Bosporum transire audeat. Ad armorum sonitum & tormentorum fragorem, contremiscere aiunt. Vnde fit, vt bella contra morem maiorum suorum, per legatos administrare consueuerit.

Matris vxorisq; imperio eū regi referūt. His itaq; muneribus & donis corruptis, per eas sibi multi Imperatorem conciliant. Dicitur vxore eum esse contentum vnicā, quod tamen imbecillitatē naturæ potius ipsius, quam modestię tribuendum censem.

Filium habet Mehemetem nomine, vnicum tantū Imperij, totq; Regnum hæredem, qui & ipse, quamvis vix sit pubertatis annos egressus, tamē liberos habere dicitur. Quod apud me fide careret, nisi manifestissimum esset, hūc ipsum à patre vix pubere genitū esse. Vino Amurathes abstinet: milites tamen, qui sub patre Selymo, vino consueuerunt, vti nunc abstineant cogi non possunt. Verū multi ex ipsis eo valde sua-

uiter, contra legislatoris placita vtuntur.

Talis est Amurathes, qui nunc à plerisq; orbis Monarchis & adoratur & timetur, quiq; se unicum mundi moderatorem esse, superbissimis suis literis gloriatur.

Amurathis vicem nunc administrat, vir & animi & corporis viribus excellēs, Siaus Bassa datus. Is supremus Consiliarius electus est, & à Turcis Vezir Asem dicitur. Protavezirius, siue protocōsiliarius dici posset. Huic puerō, à Solymano, nomen Siaus, hoc est formosi siue pulchri, inditū fuit. annorum est circiter 40, & natione Hungarus. Bella nunquam gessit, quamvis antehac Beglerbegus Græciae fuerit.

Sunt præterea quatuor alij Vezirij Bassæ, hoc est, secretiores consiliarij. quorū duo hīc nunc resident: Misach, quod Messiam sonat, & Mehemetes, ambo natione Illyrici, nulla quod inquirere potui opera militari edita insignes. Duo reliqui contra Persam nunc bellum administrant, Sinan & Osman, quorum alter natione Epirota est, qui statura dicitur esse procera, macro corpore, colore faciei nigro, naso aquilino, ingenio iracundo & implacabili. Is Guletam euerit, & Tunetanum regnum Hispanis eripuit, & Petru Portocarrerium Guletæ præfectū, prope Corcyram, in ignominiā Hispanæ gentis, ad necem vsq; fustibus cædi iussit. Antea in Arabia feliciter bellum administrauit. Nūc verò contra Persas non adeò secundis vtitur ventis. Alter Oſman

man Bassa, ex Bosnia est. is ad Caspias resideret cum exercitu portas magna inter hos duos est gloriæ æmulatio.

Post Veziros Bassas, Græciæ Beglerbegus in magnō honore est. is Mehemetes dicitur, natione Illyricus. in bellis hic post Imperatorem & eius Vice-sultaniū, primum obtinet locum, indeq; superbū hoc nomen (quod Dominorum Dominum sonat) habet. Reliqui Beglerbegi in sibi destinatis prouincijs degunt. Hic vt eorum præcipius, aulam sequitur, vt si quid factō opus sit, id celeriter exequatur. Homo est rei militaris satis peritus. Eius aula, præ reliquis, militari- bus viris quotidie frequentatur.

Maris exinde præfecti est permagna auctoritas. Is dicitur Ochiali, & est natione Calaber, à Turcis, reseruato Italico vocabulo, Capitan Bas- favocatur, tanquam soli maris præfecti ab Ital- lis Capitanei dicerentur. persona hic est, vti & prima conditio eius fuit, rustica & seruili. Hic in prælio ad Naupactum siue Corinthiacum sinū commisso, sinistrum duxit classis Turcicæ cor- nu. Et tunc Algeriae Proculthano erat. Initio pu- gnæ Melitenses, qui audacius inuesti fuerant, repressit. Vt verò aciem suorum inclinare vidit, fuga sibi tempestiuè consuluit, solusq; cum 40 tremibus aufugit, cùm segnius eum, qui ipsi à nostris oppositus erat, Andreas Auria Genuen- sis insequeretur. Verùm ipse breui classem re- parauit, & postero anno nostrorum conatus in

Peloponneso retardauit, & tertio post pugnani anno, vna cum Sinan Bassa Guletam occupauit. Ante biennium in Colchidem cum classe nauigans, Phasis amnis accolas domuit, castellumq; valde munitum prædicto amni imposuit. Cetera versutus & callidus magis, quam animosus.

Ianizarorum deinde præfetus est, annorum circa 33. Reliquis omnibus & pulchrior & humanior, fronteq; est prædictus hilari, sed rei militaris in vniuersum rudis, quippe qui ex merito aulico ad insignem hanc præfecturam nuperrimè est electus: vetùm (vti fertur) filiam in vxorem ducturus Imperatoris, apud quē in maxima gratia est. Ebraimo, hoc est Abrahamo, nomen est.

Hicce viris nunc Imperij Turcici summa ferme commissa est, qui omnes tamen Christianorum liberi sunt, parentibus impuberis vi erepti, excepto Ochiali, qui maiorenis in Turcarum deuenit potestate, & primū ad remos damnatus fuerat. Verū abnegans Christianam fidem, Mahumeticis est initiatus superstitionibus, indeq; ad tantos honores ascendit.

Nunc de PERSICO BELLO, & quæ alias hic notaui, pauca exponam. In principio belli (vt rem paulò altius repetam) contra Persam missus fuit Mustapha, vnum ex Vezirijs Bassis, vir rei militaris valde peritus. Is primū Georgianos Iberos, qui Christum Græco more colunt, quod cum Persis sentire viderentur, inuasit, atq; inopinantes ita oppressit, ut bonam prouinciarum

fum partem occupârit, cum ciuitate quæ Tifis dicitur, insuperq; tributum annum ipsis impo- fuerit. inde in Mediam irrupit. Quo tempore Persarum rex Hismael moritur, accersitur ad regnum frater ipsius Mehemetes Hodebendi. Is cùm pacis esset amator, viresq; Othomannorū nofferat, atq; ideo ratione potius quam armis, li- tes dirimi cuperet, Mustapham per legatos de pace induciūt et tentauit, donec ad Amurathem pacis constituendæ causa legatus mitteretur. At Mustapha, cùm esset inquieti spiritus vir, secun- daq; vteretur fortuna, omnē pacis reiecit men- tionem. Persæ itaq; arma parat, vindicaturi tum recentes, tum veteres sibi ab Othomannis illa- tas iniurias. Et congressi ad ciuitatem, quæ Zer- uan dicitur, à qua hodie Media ipsa Zeruan ap- pellatur, acce commiserunt prælium, multis v- trinq; cadentibus. Est tamē discessum ambiguō Marte, nisi quòd à Turcarū parte cecidit Tart- rici regis, eius qui ad Mæotidē paludem domi- natur, frater. Is enim Turcis, ex fœdere, cum tri- ginta millibus equitū auxilio venerat. inde vario cœntru est pugnatum, donec Persis legatos pa- cis causa mittédi potestas data, & Mustapha, mis- so successore, reuocatus sit. Persarum legati cùm huic venirent, atq; de pace tractarent, nec de ea conueniret (Turca namq; Mediā sibi concedi postulabant, & Persæ Medię causa omnia facere videbantur) in Persidē salui reuersi sunt. Id quod accidit circa Augusti mensem, anno proximo.

Vt de pace non conuenit, ad arima reuersum est, & Persæ quidem agros vndiq; vastarunt, pagos, villasq; exusserunt, commeatus interceperunt, yt Turcæ, duce Sinan Bassa, qui Mustaphæ successerat, in magnas sint coniecti difficultates, fame, pesteq; exercitum inuadētibus, vt expeditione relicta, exercitū, pestis maximè causa, sint diuidere coacti. Nunc verò recollegit exercitum Sinan Bassa, & residet ad ciuitatem quæ Ezerum dicitur: ea ciuitas ad Euphratē fluum sita est. accepit & hinc auxilia, circa principium Aprilis. & eodem tempore arma, & pecunia, per pontum Euxinum, Trapezuntem, vt inde ad exercitum mittantur, delatae sunt.

Alter Turcarum exercitus ad portas residerat Caspias, duce Osmanno Bassa, qui nisi locorum beneficio se tueretur, & à Tartaris auxilia accipisset, in maximas deuenisset necessitates. Loca enim inter vtrumq; exercitū, ita deuastata sunt, vt propter commeatum inopiam neuter alteri subsidio esse queat.

Ferunt equidem & Persas pacis percupidos esse. nam in ipsorum prouincijs hactenus graſſatum est, propriosq; agros potissimum deuastarunt, vt hostem aditu prohibere possent. Apparet quoq; non obscurè & Turcos belli suscipiti pœnitere. Nam vt alia omittam, hisce diebus huc vocatus venit Beglerbeyus ciuitatis & dominationis Ezeruimensis, qui quod inauspicati belli suorum extitisset, capitis pœnas dedisset, nisi matre

matre & vxore Imperatoris , centum millibus aureorum sibi conciliatis, & exinde pro se intercedentibus, veniam ab Imperatore ita impetrasset, vt continuò ducenta millia ducatorum in ærarium Imperatoris inferret. Ex quibus constat, Turcos pariter & Persas pacis cupidos esse, verum neuter alteri cedere cupit. Quotidie hic expectatur Sinan Bassa, quem aiunt ideo huc venturum, vt ab Imperatore mandata accipiat, ex quibus cum Persis pacem concludere possit. Alij ipsum ex itinere reuocatum aiunt, propterea quod Persæ inducias, quas cum ipso, donec pacis causa huc iret, pepigerint, fregisse, atq; Turcis induciatum causa securius euagantibus ad mare Hyrcanum cladem intulisse haud parvam dicentur. Verum hæc non pro certis affirmo, quoniam nōdum satis constat, quid hac de re verum sit. Et Persicæ res ita se habere dicuntur.

Causa vero, quare cognatæ inter se & eiusdem superstitionis gentes tam exitiale & funestum bellum gerant, hæc esse præcipua dicitur. Turcæ Persas accusant, quod ex fœdere, inter Solymannum Turcarū & Thamam Persatum regem iecto, legatos & munera Amurathi tanquam legitimo Solymanni & Selymi successori, mittere neglexerint. Eam intermissionem Amurathes pro hostilis animi signo (cum antea Thamæ temporibus nunquam fuerit intermissionum) interpretatus est, atq; ideo excursiones in hostilem terram fieri iussit. & Persis pacem tunc

non petentibus, ad arma, quæ adhuc durat, ventum est.

Et certò creditur, si Mustapha (quem suprà ab exercitu reuocatū dixi) in bello relictus fuisset, Turcos in eas, in quibus nunc sint, nō facile potuisse coniici difficultates, propterea quod esset rerum bellicarum & regionum earum peritissimus. Is verò ideo reuocabatur, quod & Persarū legatos, pacis causa venturos, non admisisset, & quod officia militaria pecuniæ causa venalia habere argueretur. Ut autē huc venit, rei bene gestæ laudes quidē tulit: quod verò exemplo novo atq; inuisitato, inscio suo Principe, legatos cognatæ aliâs gentis non admiserit, & quod pecuniæ causa diuites & opulentos fortibus & expertis præponeret, ideo reprehensiones & combinationes audiuit varias. Verùm is, iras & minas Imperatoris metuens, sumto veneno, mortem obiuit voluntariam, annos natus plus octoginta. Hic est ille Mustapha, qui Venetis nostra memoria Cyprum eripuit, & Bragatinum Famagustæ præfectum, cōtra fidem dātam, detraeta viuo pelle, suppicio affecit exquisitissimo. Hic quoq; cùm Ægypti esset Beglerbegus, motus istius regni & Syriae composuit: Arabes rebellantes edomuit. is quoq; Baiezetem, Solymanni filium, cùm viuo patre cōtra fratrem Selimum insurgeret, bello fregit, atq; ita iussu Imperatoris persecutus est, ut miser ille vitam amiserit & regnum. Hæc ita de Mustapha accepi.

Nunc

Nunc quæ ipse h̄ic audiui & vidi, memoriaq;  
digna censeo, breuiter indicabo.

XII. Cal. Junij, hinc cum classe discessit maris  
prefectus Ochiali. Is in Africā profecturus est,  
vt seditiones Tunetani regni compescat. Mauri  
enim eius regni, recepto per Melitenses h̄ere-  
ditario suo rege (qui haec tenus Neapoli deten-  
tus erat, & meo tempore abnegata Mahumeta-  
na superstitione, fidem amplexus erat Christian-  
am) magna ex parte Turcis rebellarunt. Vbi  
res Tunetanas composuerit, in mandatis habet  
regnum inuadere Fessanum. Quod si ita perfic-  
ciet, vti constituit, Christianorum regna vndiq;  
armis Turcarum conclusa esse videntur. Quod  
ēd est detestabilius, quia reipublicæ Christianæ  
principes ipsi huius tanti mali causa sunt, dum  
securi partim voluptatibus & otio sepulti iacēt,  
partim intestinis bellis ad internacionem de-  
bacchantur, & quid communis hostis faciat, aut  
quid contra ipsum faciendum sit, omnino non  
attendant: sed & vltro, hisce damnatis genti-  
bus, supplicatum veniunt.

Circa Calend. Maij legatus Hispanicus Io-  
hannes Marilianus Mediolanensis, exoratis no-  
mine Hispaniarum regis, ab Imperatore Tur-  
cico, triennalibus inducijs, hinc discessit Venc-  
tias, indeq; Hispaniam petiturus. Ipse per trien-  
nium h̄ic de pace sollicitauit, & nunc denuo ob-  
tinuit; ita tamen, vt neque Christiani, neque  
Turci, eas inducias saluas fore credant. Nam

vterq; se tempori potius accommodauit, quām quōd alterius aīicitiam magnopere expeteret. Turce namq; Persico, Hispani intestino sunt occupati bello. præterea conditiones ita compoſitæ sunt, vt vter corum velit, impunè ab ipsis possit recedere. Est tamen deplorandum, quōd iste Rex, cūm sit potentissimus, possetq; Turcarum resistere viribus; tamen vt in suos tutius grassari possit, orbis Christiani vnicō & vero hosti per tot annos supplicandum esse putauit.

Sed multò leuius & ignominiosius est, quōd etiam ij, nuper pacis & fœderis ineundi causa, huic nuncios miserint, qui nullam omnino facti sui rationem reddere possunt, quibus etiam non nisi tota Germania, atq; adeò omni subiecta Europa, à Turcis nihil esset metuendum, &c. Sed tam publicè, quām priuatim res Christianorum languescere videntur, magnumq; est hoc argumentum insignis cuiusdā mutationis. Hic multi ex Christianis quotidie (propterea quōd Turcarum admirantur felicitatem atq; progressus, & Christianorum econtra videāt miserias) Mahometicam accipiunt impietatē, negantes Christianam religionem; inter quos fuerunt nuper tres Italici nominis monachi, quorū tamen duo, fraudibus Hispanorum & Italorum correpti, miserè interierunt; tertius verò quōd esset concionator valde exercitatus & facundus, magnō cum dolore multorum, Mahumeticis est initiatus blasphemis.

Sed

Sed hæc tristiora, apud te, cui æternam & temporalem lætitiam precor, omitto. & coronidis loco, Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani confessionem, Mahometo II. Turcarū Imp. statim post Constantinopolim captā, postulant exhibitam, mitto; communicatam mecum à Theodosio Zgomala, præsentis Patriarchæ Ieremiae Protonotario. Bene feliciterq; æternūm vale. Constantinopoli 9. Iulij, Anno 1581.

EX LITERIS  
**CONSTANTINOPOLI,** DIE XXX OCTOBRIS,  
*anno 1574, ad D. Daniel Chy-  
 traum datis.*



O c mense, Selymus, Cæsareæ Maiestatis Oratori, dilatum iam diutius anno respōsum, de prorogatione induciarum, categoricum tandem dedit, & octo annorum pacem promisit. Qua de re Ahmet quidam ad nostrum Imp. legatus prefecturus esse dicitur. Die 19 Octob. primus nūcius de capta & solo æquata Goleta huc allatus est. Ante biduum duę Galeç ex Armada Turcica appulerunt, quæ quid adferant nondum scitur. Paucis diebus antequam Cæsar is legati pensionem annuam Selymo adferentes mense Au-

gusto aduenerunt: Seraglum, Portæ Imperato-  
ris ferè contiguum, incendio perijt, quod intra  
biduum vix integrè restinctum est. Damnum  
quod fecit Imp. eo incendio, decies centenis mil-  
libus, multi pluris æstimant.

Regis Persarum præsentis, de quo queris, no-  
mē est Scah Tahmas: Ismaēlis, de quo Iouius, fi-  
lius iani senex. Patriarchæ Constantinopolitani  
præsentis nomen est Ieremias.

Turcarum Papa seu Sacerdos summus, quem  
Muſti appellant, mense Septembri mortuus,  
ipsorum more inter eiulatus, choreas, cantus, la-  
mentationes elatus est.

Patriarcham ipsum propter dignitatis emi-  
nentiā & occupationes summas conuenire mi-  
hi nondum licuit: sed ex familiaribus & dome-  
sticis ipsius, rerum Græcarum reliquis peritiori-  
bus, multa inquirere cœpi.

Quale doctrinæ genus amplectantur, non  
nisi ex literis ipsorum sciri potest. Conclaves e-  
nim populares nullas aut certè rarissimas hīc ha-  
bent, sola missarum celebratione suos pascen-  
tes. In Cypro tamen & Candia aliquos esse, qui  
populum publicè doceant, audio. Hīc Constan-  
tinopolivnicus, quem sciam, Calogerus fuit, qui  
tempore quadragesimali, ferijs Natalitijs & Pa-  
schatis nonnunquam concionatus est, sed cum  
reliquis doctior, populo gratior, vitæq; sanctior-  
is esset (inuidia fortasse æmulorum) ad Patriar-  
chain delatus, & ad montem sanctum relegatus  
est. cu-

est. cuius præsentia plurimùm mihi ad cognoscendam vniuersam religionem Græcorum, aliarumq; nationum coimmodare potuisset. Acta septem Synodorum Græcarum, scripta Basilij, Chrysostomi, Damasceni, eorumq; traditiones, tanquā diuina oracula amplectuntur, ad eaq; de fide & religione ipsorum sciscitantes remittūt.

Propter quos articulos ab Ecclesia Romana se separauerint, Excell. vestræ ignotum esse non potest. In reliquis omnibus, Pontificijs propinquiores esse quām orthodoxis videntur. Bonis operibus, maximè ieiunijs (quę multa & diuturna habent) eleemosynis, precationibus, &c. nimium tribuunt. Inuocationem sanctorum, cultumq; imaginum superstiosum planè habent. Medium locū, in quo animis nec bene nec malè sit, ex eoq; precibus viuorū in beatam sedē educi, afferunt. Exequias mortuorum celebrant.

De authoritate Ecclesiæ & traditionibus patrum eandem cum Papistis religionem acre videntur.

Integralē cœnam administrant. prius tamen cum pompa ē sacrario procedunt, panem & calicem per medium templi portant, populus quasi sacramentum adoraturus se totum inclinat. quidam etiam, ad eius ostensionem, ingenua prouoluti terram exosculantur. Verū de his certius & copiosius, postquam Græci sufficienter & fidelius de quæstionibus scriptis me edocuerint.

De libellis Catecheseos, summam doctrinæ & preces ipsorum continentibus, diligenter quæsiui saepius, sed præter Horologion & aliū ὄκτων χρόνος, inscriptum, nulos monstrare potuerunt. De præcipuis & controvërsis articulis ad doctiores scripsi. sed, an ex ignorantia, ignoro, respondere hactenus tergiuersati sunt, instare tamen non desinam, donec sententiam eorum extorqueam.

Quod Exc. vestra Belisarij & Alexandri historiam mendosè excusam putat, arbitror ego (Exc. vestre nihil præiudicans) non vitium Typographi, sed lingue esse. Vtraq; enim in lingua vulgaris (qua hodie utuntur Græci) sed non nihil eruditiore conscripta est: quemadmodum in Italiæ, quidam puriore stylo, subinde Latina miscetis, ut solent.

In lingua antiqua, præter Psalterium, libros noui Testamenti, horologion, ὄκτων χρόνος, triplice missam, Basilij videlicet, Chrysostomi, επιστολas Ιωάννου cum ἀκολυθias, nihil prostare vidi, reliqui omnes in vulgari & barbara extant.

Quod si horum aliquem Exc. vestra desideret, nec eos Venetijs, ubi imprimuntur, commodius habere possit, ut per cursum Dig. vestrae transmittam, laborabo. Datum Constantinopoli,  
in foro Constantini Magni, 30  
Octobris, 1574.

EX LITERIS  
**CONSTANTINOPOLI**  
 CAL. IVNII, ANNO 1578,  
 AD D. DAVIDEM CHY-  
 traum datis.

**M**ISIT mihi ornatissimus vir, Dn. Albertus Vrsinus, I. V. Doctor, literas Reuerentiæ tuæ ad Patriarchā Constantinopolitanum scriptas, quas cum libello addito, literisque theologorum Wirtenbergensium, ad Dominum Patriarcham, Thessalonicæ tum temporis a gente, mittens, responsum simul per epistolam modestè flagitauit. Eum verò Græcarum ecclesiarum inspectione occupatum, cùm quotidiana negocia respondere non sinerent: sub fine Maij in urbem redeuntem, de eodem monere cùm institissem, parauit responsum, nec id grauatum, (pro ut vir est humanus & facilis) quod nunc cum præsentibus mitto. Dedit mihi quoque linteum quoddam, Græcis ~~ωρών~~ dictum, (quo faciem loti extergunt) quod Excellentia tuae antidori loco mittit. quia verò tachydromus id ferre non potuit, ut nec alia quibus theologos Wirtenbergenses donare voluit, sarcinæ meæ illud addidi, ut Dn. D. Vrsino Viennam redux, Exc. T. mittendum traderem.

Quale doctrinæ genus in Græcis ecclesiis

propagetur, quidque de præcipuis articulis Religionis Christianæ sentiant, R. T. cognouisse opinor ex Dn. Patriarchæ libello, quem Tubingam anno 76 transmisit, pleniūsque cognoscere poterit ex eiusdem Patriarchæ responso, quod post bimestre ad theologos Wirtembergenses dabit. Ego quidem, occasione literarū tuarum, præcipua religionis veræ capita, de quibus hodie in ecclesia controuertitur, conscripsi, Græcorum de iis sententiam exquisitus. ad multam verò instantiam, postquam responsum paratum mihi legendum dedissent, viderentque nonnulla scripturæ rationibus, modestè tamen, conuelli: id à me recipientes, exactius quiddam promiserunt.

De Ecclesiis Orientalibus, quæ Oratio Exc. tuæ doctissima habet, si quæ mihi videre non contigit, cum Græcis earum rerum ut plurimum peritis contuli. quia verò momentis singulis discessum paramus, nec etiam oratio Exc. T. ad manum mihi sit, quòd meam supellectilem chartaceā spe redditus maturioris facta, Viennam iamdudum miseriim, voluntati Exc. T. nūc quidem plenè satisfacere non potui. Si quid verò in Germaniam reuersus præstare fuerit, non tantum id me debere agnosco, sed etiam libenter facturum esse polliceor. Deus Excellentiā tuam Scholæ & Ecclesiæ suæ, hoc seculo peruerso, cum cæteris orthodoxis fidelibusque Doctòribus, diutissimè incoludem conseruet,  
cui me

cui me etiam atque etiam commendatum esse  
peto. Constantinopoli, i Junij, Anno salutis  
1578.

*Stephanus Gerlachius, generosissi-  
mo Baroni, D. Davidi Vngnad,  
Ec. a sacris concionibus.*

PATRIARCHÆ CON-  
STANTINOPOLITANI LITE-  
RÆ, AD DAVIDEM CHY-  
TRAUM datae anno 1578,  
mense Maio.

ΙΕΡΕΜΙΑΣ ΕΛΕΩΣ  
Δεῖχιεπίσηποτος Κωνσταντινου-  
πόλεως, νέας Ρώμης, Σοι-  
κουμδυνικὸς πατερ-  
αρχης.

ΣΟΦῶτε κύρε Δασίδ Χυζάε, κα-  
τηχητὰ τῆς ἀκαδημίας τὸν τῇ Ροσο-  
χικῇ πόλι, ψὲ καὶ πνεῦμα τῆμ μετειό-

τῆσ, χάρει εἴν σοι, καὶ εἰρών, καὶ ἐλεος, δέπο  
 Θεῶ πρόμετρος. Εδεξάμεδα καὶ θόσον  
 γράμμα, μή καὶ τὸ δῆμον γράμμα τὸ  
 αὐτὸν απουδάγων καὶ σοφῶν. καὶ ἀπεδεξά-  
 μεδα τὸν ἀγάπην τὸ σῶ, ὅπι σωματίου  
 τοῖς φιλόσον ἡμᾶς, καὶ μακρὰν τὸν ἐμπόδιον  
 μὴ καὶ ἔχειται. πού φεύγεις; ὅπι καὶ ἐπι-  
 σώζονται αἱ θερποι, τὸν ἀγίαν τελίδα καὶ  
 σύνοοι πτεραὶ γνώσκοντες, σφι τόποις τοι-  
 τοις, καὶ δόξαι ἔχοντες δύσεβη. Ιαδί δὲ τοῖς  
 τότε, ὅπι εἰ καὶ δυλεία τὸ θύρος ἡμῶν ὑπέπε-  
 σεν, διὰ δύσεβεια αἰνέντωσε, καὶ μάνδυπρύτ-  
 ον τὸν δύσεβα. καὶ δοσα λέγοντος καὶ τὸ πί-  
 τεως τῆς δημοτῆς Χειροῦ, διωάμεδα λύψ  
 δύχλως, καὶ δύλεγχος αἵμεταις καταπείθομεν.  
 καὶ ὄστροι πολεμήσαντες ποτε αὐτῇ Δήμῳ  
 πολῶν Νιμφειῶν καὶ Φόνων Γούστεροι,  
 διὰ σύνκοσεν ἡ πίστις, ἥτις καὶ πολέμου μάρτ-  
 ρικῆ, καὶ δύσειδυδα καὶ μέχρε τὴν οὐ, καὶ ἐλθὼν  
 ὁ κύριος Θεὸς δύρησε αὐτῶν. Στωκὺν δὲ

Δημοτο-

Ἄχελυθήσεται, ὡς ἐκ τελίμαλος αὐτὸς ὑπάρχου<sup>ται</sup>, ὡς οὐδὲν αἴσιασθαι δύνα<sup>ται</sup>), διγέλεκτος οὐκ Θεῷ, χάρειν Χειρού, καὶ τοπικόνομαλον αὐτὸς ὑπάρχουσται τοι τοιούτοις οὐδελέξεσιν δύστειας τούτης μούλων, τοὺς ἥματας καταδιωτας δύναται τοῦτο τῷ αὐτοῖς ποιήσων ἥματα, τοῦτο γεγονότος Θεού. Εἰς τὴν χάρεισσιν οὐσιαγάπητε. Μηνὶ Μαΐῳ, στήτη, φον. ἀπὸ Κωνσταντινούπολεως.

IEREMIAS MISERICORDIA DEI ARCHIEPISCOPVS CONSTANTINOPOLIS,  
noua Roma, & universalis Patriarcha.

DOCTISSIME Domine Dauid Chytrœ, cœtcheta Academiæ quæ est in Rostochiensi urbe, fili secundum spiritum nostræ mediocritatis, gratia sit tibi & pax & misericordia à Deo omnipotente. Accepimus & tuas literas, cum aliorum qui isthic sunt doctorum & sapietum literis, & amplectimur charitatē tuam, quod adiunctus es iis qui diligunt nos, & quanquā pro-

cul absis, tamen meministi nostri & scripsisti.  
 Lætatus es etiam, quod in his locis adhuc super-  
 sint homines sanctam Trinitatem recte agno-  
 scentes, & religionem Christianam pie colen-  
 tes. Scito autem, quod etiam seruituti genus  
 nostrum subiectum sit, tamen pietate se erigat  
 & maneat prædicans pietatem. Et quæcunq; di-  
 cunt contra fidem Christi veram, possumus fa-  
 cilè dissoluere, & bona ratione eos refutamus.  
 Et quemadmodum, qui olim bellum ei intule-  
 runt multis cruciatibus & suppliciis, non præua-  
 luerunt, sed vicit fides, quæ & bellum robur vincit,  
 & permanet usque nunc, & veniens Dominus  
 Deus inueniet eam: sic & nunc non dissolue-  
 tur, quia Dei voluntate subsistit, cui nemo resi-  
 stere potest, sed manebit cum Deo per Christi  
 gratiam, & in nomine eius, vincentibus in reli-  
 gionis disputationibus, nobis fortuna seruis,  
 eos qui in potestatem suam nos redegerunt pro-  
 pter peccata omnium nostrum, permittente  
 Deo. Cuius gratia sit tecum ô dilecte. Da-  
 tum mense Maio, anno 1578, ex  
 Constantinopoli.

LITE

LITERÆ SCRIPTÆ  
IN MONTE SINAI, AD  
CAROLVM ARCHIDVCEM  
*Austria, Anno 1569.*

Τῷ σκιλαμωεῖτῷ, μεγαλό-  
τάπῃ πὲ ἡ αλιωοτάτῳ πείρᾳ,  
πείρᾳ Καρόλῳ Δρυδούκῳ, Εὐ-  
θύιος Ὑπίσκοπῷ, ἐκαπηγού-  
μνῷ τῷ ἀγίῳ ὄρες Σινᾶ,  
σὺ Κυρίῳ χάριν.

ΤΟΛΜΗ ὁ δδῦλος καὶ διχέτης τὸ σῆσγα-  
λινότητος, κύριε μου σκιλαμωεῖτα-  
τε, καλῶς αἰαφέρω. Τιὸν ἐλεημοσιώνων τῷ  
διὰ τὸ αἰδεσίμου σὺ μοναχοῖς καὶ Μερκυ-  
είς καὶ ἡμετέρου γρικοῦ ὅπιζέπου, ἥμην  
τῶστὸν σῆσμεγαλότητος πεμπομένων,  
λίαν γηδοσιώνειλήφαριν· ἥδη ἐτύχα-  
κεν χεύσινοι ἐκεῖνοι· περὶσσαίαχριστονόμοι

καὶ αὐτοῖς τὸν μετέργας μοῦνος, μημόσυνον δὲ αὐτοῖς τὸν θεοφευρότα γαλιωτῶς, καὶ τὸν γενέων αὐτοῖς. ἀμείψας τοὺς Κύρεος ὁ Θεὸς τὸν αἰχιονικαθόν τῇ γαλινότητὶ σὺ, εἴ τε φίλη μὲν αὐτῷ, καὶ σὺ τῷ μέλοντι· εἴεν.

Τῷ παρελθόντι μὲν γρόνῳ, μεγαλόποτε Δάξ, ὁ μέγας Τύρκος, ὃς τὸ Κωνσανία πόλεως, τοῦ οχυροῦ δὲ Θεῶν, τυρενίδ, ἀμφὶ τοῦτον αὐτὸν πόλεσιν, διέτελε παρέσταγμα κερατιονὸν σὺν ὅλῳ δὲ κεράτῳ αὐτῷ, ἵνα πωληθῶσιν αἵ τε σόδοι πασῶν τὸν σκυληποτῶν, καὶ πιθύτων τὸ μοναστείων, ἀμφὶ ἐφόλῳ δὲ κεράτῳ αὐτῷ διέλεσκον). αὗτη δὲ τοισιδέξιαι μείνει μόνον ἔως τείτης αὐτῷ θυεᾶς. μῆτ' δὲ τὴν τείτην αὐτῷ θυεῖν, μεταπωληθείηδὲ αὕτης. τὸ δὲ πεποιηκώς, δέδικται ποτερήτης γράμμη, ὅπις ἀπόλεστό τέλον ἀφανισμὸν τὰς γίγαντας μετὰ τοῦ Χειστανῶν, τὸν τῇ τυρενίδι αὐτῷ οἰκουμένων.

ἘΦΙΔΑΣ

"Εφάσει γεννή μέχεις ήμέρης ή ποιαύ-  
τη πόλη, καὶ μεγίστη αὐχμαλωσία. Μέχει-  
σίν τε χιλιάδας ἐδεκάκιλον. μη ἔχοντες δέ,  
σέχυραι πάσαις ήμέρης τὰς ποσόδοις, εργε-  
τε τὴν σκύπην ἐθέμετα, οἷοί δέ οἱ θηροσωάται  
καὶ ἀποδοῦνται τὸ χρεῖσις ζημίας, ἀλλὰ σὺν  
τόκῳ, ὡς τῷ τοῖς διδυδεῖσιν εἴθισιν αὐλαμβά-  
νθικατέτος μέχεις αὐτῷ δέ κεφαλαιονάν-  
της λαζίωσι.

Τέταν δὲ τοίνυν διτεσέχοντων ημεῖς οἱ  
παπύνοι Βεβαίαν δῆλον ἐλπίδα σὸν ἔχο-  
μεν, εἰ μὴ τὸ Κύειον ήμέρην Ινοσῶν Χεισον,  
τὸν δέ τε πομποπέρεγνον μητέρα, καὶ τὴν  
μεγαλότητα τῆς γαλλιώτητος, μητέ τὸν  
άγνοϊκον τὸ Ουρσίας, ὃς ήματς βέρεψε τεκνού  
θητικοῦς ἔως τὸ σήμερον, καθάποτε καὶ οὐ σὴ  
σκλαβιστικής ακειβῶς θητίσα). Λαὶ Κύ-  
ειος Θεὸς οὐχετηρῶν εἴη, αἵσσον, δύναμον,  
πολυχρόνιον, καὶ αἰωτέρεν πολυτὸς αἰηρευ-  
σιων ατήματος. γερίσαγε δέ αὐτῇ καὶ τὴν σφ-

Σέργειον ἐσ αἰὲν Διαδύτην Βασιλέας, α-  
πλιν. καὶ Σινάϊ τῷ ὄρῳ, ἔτι δὲ πότε τὸν Καρ-  
κουτὸν Χειροδοκίας, αὐτοῖς θ. μδ. κ.

**ILLVSTRISSIMO ET  
MAXIMO AC SERENISSIMO  
DOMINO, DN. CAROLO, ARCHIDVCI,**  
*Eugenius episcopus & præpositus sancti  
montis SINAI, in Domi-  
no salutem.*



V DACTER ego seruus & sacella-  
nus tuæ Serenitatis, domine mi il-  
lustrissime, mea tibi studia defero.  
Eleemosynam, per reuerendum mo-  
nachum dominum Mercurium, & nostrum ge-  
neralem procuratorem, nobis à T. M. missam,  
hilari animo accepimus, quæ fuit cætum aureo-  
rum: ad renovationem quidem & instauratio-  
nem monasterij nostri, memoriam autem tuæ  
à Deo custoditæ Serenitatis ac parentum ipsius  
sempiternam. Retribuat igitur Dominus Deus  
dignam mercedem T. Serenitati, in hoc pre-  
senti seculo & futuro. Amen.

Præterito quidem tempore, Dux illustrissi-  
me, magnus Turca, qui Constantinopoli (per-  
mittente Deo) regnat vñā cum urbibus ipsi sub-  
iectis,

# IN MONTE SINAL

iectis, proposuit edictum seu erum in toto imperio suo, ut redditus omnium ecclesiastū & monasteriorum vendantur, quotquot in ipsis imperio inueniuntur. Hæc autem venditio tantum usq; ad tertiam ipsius generationem durare debet. Post tertiam autem generationem vendentur rursus. Hoc cum faciat, malus animus ipsius cernitur, quod minetur totalem deletionē sanctorum templorum, vna cum Christianis qui sub ipsis imperio habitant.

Peruenierunt igitur ad nos quoq; ha minē & tristissima seruitus. Idcirco quinq; millia aureorum numerauimus. Cum autem non habemus, omnes nostros redditus & sacra vasa oppigneramus, ut tantum colligeremus & persolveremus, non sine detimento, sed cū fœnore, sicut fœneratoribus usitatum est acciperē quotannis usuras, donec sortem recipiant.

Quæ cum ita se habeant, nos miseri firmam spem aliam nullam habemus, nisi Dominū nostrum Iesum Christum, ipsiusq; castissimam matrem, ac T. Serenitatis Maiestatem, cum sancta domo Austriae, quæ nos alit & sustentat usq; in hodiernum diem, sicut illustriss. Cels. T. nouit: quam Dominus Deus conseruet incolumem, tranquillam, longæuam, & superiorē omni casu aduerso; & donet ei regnum in cœlis perpetuō mansurum, Amen. Datae in monte Sinai,

Anno ab incarnatione Christi 1569.

Die 20 Martij.

F ij

PATRIARCHÆ ALEXANDRINI LITERÆ TESTIM. ALBERTO COMITI  
*à Leuvenstein data Anno 1561.*

Ο Μολεγῶντος Ἰωακείμ, Πάπας καὶ πατριαρχὸς τῆς μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας, καὶ κείτης τοῖχουριθής, ὅμοῦ μὲν προμοσιώσατο τοιχουριθής τὸν ἀγίον οὐρανὸν Σίνᾶ, πῶς ἦλθεν καὶ περιστεκόντος τὸν αγίον καὶ σεβασμίας τόπους· Θάμνον οὖρος δὲ Σίνας, πέριον τῶν ἀγίων κερυφῶν, σὺν ᾧ περιφόρτης Μωϋσῆς τὸν νόμον ἐδέξατο· καὶ τὸν ἀγίον βάτον, σὺν ᾧ τὸν ἀγίον καὶ αἷς παρθένοι περιετυπάθη μιητέροις· καὶ τὸν ἀγίον μεγαλομήτυρα καὶ πρύσσοφον Καθαρίνην, καὶ ἀπόμενα τὰ περισκιατόρια· οἱ σύντιμοι τάξεις ἄρχος Ἀλμωρέζως, γεόφ τοῦτο Λεβεδίνην, βαρῶν σὺν Σαρφενέκ. καὶ ὅστις Διογούσσεος τῶν γραφῶν αὐτῶν, δότω αὐτῷ πίστιν, καὶ

στιν, καὶ μηδεὶς αὐτῇ αἴτιος, οὐδὲ αἴτειπη,  
ώντωρ αὐτὸν εἴη μὴ δῆμος. καὶ εἰς πίστωσιν καὶ τὸ  
δῆμος αὐτοῦ ασφάλισιν, κατέπιεν τοπεγρά-  
φαντικούς ιδίας ἡμῶν χερούς. ἐτό αὖθις α  
Χειροῦ, ἀπὸ δὲ Αδὰμ, ζο, Δεκεμβρεῖο  
καὶ ἐγέραπτη.

**I**ωακεὶμ ἐλέω Θεῦ πά-  
πας Ἐπαγγειαρχῆς τῆς  
μεγάλης πόλεως Ἀλε-  
ξανδρείας.



A T E O R ego Ioachimus Papa & Pa-  
triarcha magnæ urbis Alexandriae,  
& iudex orbis, simul cum sanctissi-  
mo præside sancti montis Sinai,  
quod venerit & adorauerit sancta  
& venerabilia loca; sanctum montem Sinai, vi-  
delicet sanctum verticem, in quo Propheta Mo-  
ses legem accepit: & sanctū rūbum, in quo san-  
cta & semper virginis Mariæ præfiguratum est  
mysterium: & sanctam magnam martyrem sa-  
pientissimam Katharinam, & omnia (in his lo-  
cis) adoranda, Generosissimus Dominus Alber-

tus Groff zu Levvenstein, Baro in Scharffeneck,  
 & quicunque cognoscet hanc scripturam, deit ei  
 fidem, & nemo ei resistat, neque contradicat,  
 quasi verum non esset. Nos ad confirmationem  
 fidei & veritatis, inferius subscriptissimus nostris  
 propriis manib. Datum anno 1561. à Christo:  
 ab Adamo autem 7070. die 26 Decemb.

*Ioachimus gratia Dei Papa & Patriarcha magna urbis Alexandriae.*

DE VRBE  
 ATHENARVM ET  
 LINGVA GRÆCORVM  
 HODIERNÆ.

Τῷ σοφῶς Καρχίως περισσαμένῳ τῷ δέ Ελληνικῶν καὶ Λατινικῶν μαθημάτων εἰ τῇ Τυβερίᾳ ακαδημίᾳ, καὶ εἰ Μαρτίῳ τῷ Κρυστῷ δὲ περισσόν.

"ΕΝαγχεστὰ δὲ τῆς λεγότητος γράμματα κομισάμνος, αὐτὰ μετ' αἵδοις αὖπλεξας

πλούτος, πόλις, πῶς θοκεῖς; ἀλλ' ἐπετείλω,  
καθὼς οὗτον τε, ἐποίησα. πῶς γάρ, αὐτῷ  
μέγας ἡ Γερμανῶν, καὶ σοφοῖς πολιώνυ-  
μος Κερύστος καθηκέτθατεν, καὶ ποιήσομεν;  
Et paulò post.

Πάλαι μὲν, δῆτα Αἴθιον ἀτενίσκηλο-  
χοντινόν, καὶ ἀπὸ μοιονόμου· τινὲς δὲ, δῆτα Ε-  
στότερον (οὗτος αἰκρόπολις, σὺν ὥρασταὶ τῷ  
ἀγρώτῳ Θεῷ) ἀπὸ μονάδος μόνων Ιορδα-  
νίτην μοιονόμου· δῆτα εἰκότος (δῆτα μετα-  
ξύ Φηρί) οὐλον τῷ Χειστιανῶν. τοῦτο δὲ  
ζευτέρου (σὺν δὲ Βασίλεια, οὐχὶ μὴ μάρτιων  
καὶ χιόνων μεγίτων· ἐφ' ᾧ τὸ πύλην θηριό-  
χεαπλακονόστιχον, καὶ ἐπίσωζόρμουν·

Αἴδηνον Αἴθιον, Θησέως ητορίν πόλις)  
δῆταί τοι, οικόμενον. οὐλον δὲ, σὺν οἷσι αἱ-  
δεψοι οὔτες τυγχανόστον (τοῦτον αἱδρες τῷ  
δευτέρῳ χιλιάδεσ δώδεκα) αὐτὸς δὲ οὐκέτι  
μαλίων πολεμόντας.

Περὶ δὲ τῷ μέχελέκτων τὸν καὶ εἶποι-

μι, πολλῶν ζώων καὶ Διαφόρων, τῷ τὸν  
έβδομήκοντα; τότεν δὲ αἴπασῶν ἡ τὸν Αἴγι-  
ναιών χάρείη. Βγλόμδνοι γένειπδν, ίδου πί-  
σις, τὸνίπ, καὶ Ελλίνων μηχανοσκην· λέ-  
γεισιν αὐτὶ τότεν, ἐπα πίσι, ἐπα σολὴ, ἐπα  
Ρωμαϊκὴνεισι καὶ αὐτὶ τὸν σὺ, σοῦ καὶ πορθύς,  
σοῦ ζε· καὶ λίβαν, λευβαν. Οὓσοι τὸν Ελλάδα  
οἰκεῖστες, καλῶς τὰ πολλὰ φεγγόμδνοι,  
Βαρβαροις ποτε δύπδν εποκεκλίκασι, τό-  
τοις βδελυτόμενοι, ὥστε πεπονθέναι τοῖς πά-  
λαι κατὰ σχέμεσιν.

Ἐν δὲ τῇ Θεαταλενίκῃ καὶ Βυζαντίῳ, καὶ  
σὺ Πελοποννήσῳ, καὶ σὺ αὐτὴν Ελλάδη, δύρη-  
σθε καλῶς τὸ καθ' ἡμᾶς ιδιωνικῶν φεγγό-  
μδνας αἰλίας, ὡς καὶ τὰς πάλαι. τότε χά-  
ρις μηδοβαρβαρον, δὲν ιδιωνικῶν τὸν  
Ελλίνων τὸν ονομασθεν· εἰ καὶ πινα τὸν Βαρ-  
βαρικῶν λέξεων (ὡς τὰ τὸ μησῶν ονόμα-  
τα Ἰταλικῶν) περιφέρειν. καὶ τοῦτο  
μὴν ἔχει. αὐτὸς δὲ μίαν καὶ μόνην μαθὼν, εἴ-  
καὶ η-

χαῖμος, ἀπάσας καλῶς εἴσῃ. ἐπὶ τῷ οὐρανῷ  
τέρων ἴδιωτῷ τὸς μὲν Δωρικῶς, τὸς δὲ  
Αἰγαίους, οὓς Αἰολικῶς, ἐτέρους Ἰωνικῶς,  
ωρέστοις δὲ χαῖμοντας φεγγούμενος δι-  
ρήσαι πι.

<sup>2</sup> Ερρωσός, αἱδρῶν ἀειτε, χαῖμον τῷ  
ψυχεῖ καταφίζε, σὺ ποσαῦτη φεύκη καὶ  
χονί γεαφέντων. σὺ πατειαρχεῖσθα τῷ Βυ-  
ζαντίῳ, ἐλεφηβολιῶνος γένεται δέκα, ἐτεί  
διπλὸν Χεισογενίας α., Φον.

Συμεὼν Κιβάσιλας, σὺ  
πόλεως Αἰκαρνανίας  
πῆς Ελλάδος.

DOCTISSIMO ET  
OPTIMO PRÆSIDI GRÆCA  
RVM ET LATINARVM LITE  
rarum in Academia Tbingensi, D.  
Martino Crusio fa-  
lutem.

**N**VPER tuæ prudentiæ literas accipiens,  
easq; reuerenter aperiens, quantopere putas delectatus sum? Quæ verò commisisti, pro viribus effecta dedi. Quomodo enim ea, quæ magnus ille Germanus & inter sapientes celeberrimus Crusius à me petijt, non facerē? *Et postea.*

Olim quidem Athenarum vrbs triplex erat, & tota inhabitabatur: nunc verò interior (quæ præcipua vrbs est, & templum, Ignoto Deo dicatum, continet) tota à solis Ismaëlitis incolitur. Extra hanc verò media vrbs, tota Christianorū domicilia habet. Exterior autem (in qua etiam regia est, marmoribus & columnis splendidis exornata: in cuius porta versus inscriptus adhuc conseruatur: *Hæ sunt Athene, Thesei pridem domus*) tertia sui parte habitatur. Totum verò vrbis spacium, in quo homines degunt (ex quibus virorum duodecim millia legi possunt) totum (inquam) sex septemve milliaribus continetur.

De Dialectis autem quid dicam, quæ multæ ac differentes sunt supra septuaginta? ex quibus omniū corruptissima est Atheniensiu. Voletes enim

enim dicere, *ιδοὺ πίσις, οὐ πλών*, Καὶ Ἐμβών διηγοού-  
νη, dicūt pro illis ἐπάπισται, ἐπάπισται, ἐπάπισται Πωμηκόν κεῖ-  
σι: & pro σὺνστή: pro πρεύχ, στήζε: γράψαν, λέψαν. Quos  
cæteri Græciae incolæ, multa rectè loquentes,  
omnino Barbaros vocant, ab eisq; abhorrent: ut  
ex diametro cōtrarium eis, quod olim, accidat.

Theſſalonicæ verò, Byzantij, in Peloponne-  
ſo, & in reliqua Græcia, inuenies rectè natuam  
Græcorū linguam ſonantes, non ſecus atq; olim  
locuti fuêre. Quorum sermonem non Barbaro  
Græcum, ſed Græcorum proprium quis nomi-  
nauerit: licet interdum aliqua barbaricis voci-  
bus (ut mensium nomina Italicè) proferant. Et  
hæc quidem ita ſe habent. Tu verò, qui vnam &  
candem linguam nobiscum didicisti, omnes cæ-  
teras dialectos facile noueris. Ac etiamnuim ex  
noſtriſ Idiotis, aliquos Doricè, aliquos Atticè, a-  
lios Ionicè, alios communi lingua vtentes quis  
inueniat. Vale vir optime, & frigidam epiftolam  
meam, in tanto frigoris horrore & niuibus  
ſcriptram, non auersare. Datæ in palatio Patriar-  
chæ Byzantij, die 13 Februarij, Anno 1578.

Symeon Cabassilus ex  
urbe Gracia A-  
carnania.

DE VRBE  
ATHENARVM, QVA-  
LIS EA HODIE SIT, ET  
*monie Helicone.*

Μαρτίνω τῷ Κροκίῳ, σὺ Κυ-  
ελώ φιλάτεω.

**Μ**Η ἀγνοείτω δέ σου ἡ φιλία (ἴω καὶ αὐ-  
τὸς αὐταρχόμος θεμέλιον καταπίθη-  
μι, ὃ ὁ πᾶσαι ὄντες δέξαλείψει) ὅτι ὁ πρό-  
τος με τοῦτο τὸ οὐπισθίμων ἀπορθήτων γῆ  
ἐπι Αἰγαλίουςσῶν πόλεων, γράφας ἔκθεσι  
τῷ μητρερῷ πόλεων (γραμμή ζόμησσοι) αὐτὸ-  
τέ πτια μερικῶς, ἀπέκυσσα τοῦτο τὸ μακρο-  
ειωτάτη πατειάρχου Αἰλεζακρείας, σύ-  
πυχόντος στρατια πέριοι. Σὺ λογίφυεσθα  
Γερλαζήσθα δέδωκε πέμφασσοι δηλευμάτις  
σὺ αὐτῇ καὶ τὰ τῷ οὐπισθίμῳ φυν πόλεων.

Ταῦτα Αἰθίων πολλάκιστον (Ναός  
πλοιος γράφειμ, Περιπονήσιος ἢ πλησίον  
Αἴγαρος)

Αὐτῶν καὶ ταῖς πάσαις τε διηλογούσαις  
 φίλοις συμμοιχίας πολύτα τὸν τε Ἀρδον  
 πάγον, τὰς πότε Ἀκαδημίας, τὰ Ἀεισοτέ-  
 λεις, τὸ Πανθεον, οἰκοδεμήιν τηκῶσαν πάσας  
 οἰκεδόματας, γλυπταῖς σκητὸς Δῆμος πάσους  
 ξαντῆς ἔγειρος τὰς ισοείς Ελλήνων, καὶ  
 ταῦτα τὰς θείας καὶ μετὰ τὴν ἀλλων, ἐπά-  
 νω τῆς μεγάλης πύλης, ἵπποις δύο Φρυασ-  
 σοπλίσαις αἰδρομέαν εἰς Κέρκη, τῷ δοκεῖν ἐμ-  
 φύχοις οἷς λέγεται ὅτι ἐλαφέδος Περεξι-  
 τέλης. καὶ ἐστιν ἴδειν δικηρουμένων καὶ λίθων  
 τὴν δρεπῶν, θεάσαισαί τε καὶ ἄλλα θαι-  
 μάτος αἶσια. Οὐ λέγω τὸν βουών τὸν κα-  
 τομητικὸν, βοτάνην πᾶσαν (εἰπεῖν) ιατρίας  
 ἀπάσους τοιχίενον ἐμπειρεύοντα. οὐ κῆπον  
 Ἀδωνίδος ὄνομά τοι. ηὔρεται δὲ προταῖ, ηὔ-  
 δάτων πότιμον, ηὔραθῶν ἄλλων. δέ τοι  
 συμβαῖνει, τὸν τοῦ Αὐτεωάγος, ηδὲ βαρβα-  
 ρωθέντας, φύσει μητίμονας καὶ διφάνοες εἰς  
 μέλεος Δῆμοφορεῖς θέλγαται, ως Σφρινωτοί

μέλη, τὰς ἀκούοντας. Οὐδὲ εἴης Ορφέας (<sup>οὐ</sup>  
θῆσεν καὶ λίθοις ἐλέγετο θέλγαν) οὐ Μηδο-  
μνάρος Τέρπημορος, οὐ Μαρσύας (<sup>οὐ</sup> αρτί  
εἰσεν Ἀπόλλωνι) ἡχούσε, φύσει τὸν τέχνην  
νικῶντας. Ζευπλάγησεν, καὶ τὰς αὐλοῖς ἐπρί-  
ψαι αἱ, καὶ λέξις συμέβησε.

Αλλὰ τί τῷ Αἴθιων μηδεῖς, μηδε-  
χρολογῶ, δέρμα λέφιζον τὸ πάλαι ποτε  
ζώε; Αἱ δύντεῖς Αἴθιων αὐτῷ νῦν εἰσὶν, οὐ  
ἀκούομεν ὡς καὶ οἱ Ελικάν, οἱ τῆς Βοιωτίας  
οἵσι, οἱ αἰπλάριον κορυφῆς ἄγοι. Εἰσελθὼν δέ  
τὰνάπη τὸντα τεχνητικῶν καὶ αἰσθη-  
τῶν, τὰ σκεψαῖς δύλεμα, τῆς τε Παρνασσίας  
διάφυτον γενοσάριμος, καὶ τὰς μουσας σὲ Πιε-  
είᾳ Σητίσσας, οὐ Πηγασίαν κρίνειν, οὐ τὴν  
ἀδολμύων τί· οὐδὲν δέργιν Καστελλον, ἔγκων οὐ με-  
τακοσέγω, πῶς Καῦτα μὴ νῦν, ὅτε ήσαν, το-  
ποι καὶ Διατείβαγος Φῶν, αἰπέσπουν δὲ τὴν  
καλαῖ, οὐδὲν ὄρω, ταχὺς τὰς σοφάς Γερμα-  
νίας ύμιας μετώκησεν καὶ νῦν οἰκήτορες ὑμές  
αὐτῷ,

αὐτῷ, οἱ τὸν σοφίαν μετιόντες, καὶ ἐργονέ-  
χοντες, ἢ πάρεργον, ως ἡμεῖς τῇ αἰκίῃ θυγό-  
μνοι Διαπλούτος τῷ λόγῳ, καὶ ταῖς ἔπε-  
στημασι λαμπρωμάτοις, καὶ εἰς τὸν δῆμον  
Ἐλικῶνα αἰαβαύοντες αἴσκυως καὶ ἀπον-  
τί, καὶ τὰς τον οἰκεῖωτες ἐπ' ὄπειρα, ἥμας  
διξιώσατε τῷ λόγῳ. Εὖ ᾧ εἴ μη καθη-  
μέναι ἥμες σύρδοιμε, λείπεται δὲ σημᾶν.  
Σοφίαν γάρ, ἢ μαδίματα, δοῦλοι ὄντες, νῦν  
σύκεχομβρί. Εἰεν.

Περὶ δὲ βιβλίων ἀπλῶν τῆς δημόδους  
Φωνῆς, ἢ λεξικοῦ, οὐδεὶς, οὐδὲν τοις τὸν πε-  
ποίηται. οὔτε τὰ τῷ Διαδηποτῷ ἐσαφενί-  
σθη. πόλιν γέ (εἰπεν) οἰκεῦμεν, ἵνα Πλά-  
των ὁ Γεῖος ἐκποτε καὶ ὅπις οὔτε ὁ μαδός ὑπήν-  
δεις τάπαν ἐνεκρε, οὐθὲν ὁ καππάσων. οὐδὲ τις  
τῷ οὐτόπι πλογοτοιν, καὶ βοητεῖν ἥμιν ἐθελέν-  
τω, τοιαῦτα βόλη (περιβατω τὸν μαδὸν,  
καὶ ἐργον ποιόσοριν καὶ διέταξεν (συν-  
πουργονώτων μοι καὶ ἄλλων αποιδαίων τῷ

στρατηματῶν) τελφάσσω, καὶ ὑπὸ πέμψω, μεθ' ὅστις τῆς παρεργυμάτων, καινωφελῆ σόμδη, &c.

\*Εὕρωμένως μοι οὐχεῖσθαι, αἱ μορᾶ γελαπίσε, εἰς δὲ φερούσιν μὴ τῷ ποδούστῳ σου ἀκούειν τὰ σπουδῆς ἔργα, τῇ δὲ σῇ φίμῃ τὰ ὄστα πιανομένων εἰς χαράνθι ἀνελάλητον τῷ ἐγρίσι κατενήσυφεύτων τῷ αείτων σου μίδαχῶν, καὶ ἐφορώντων τὸν τάσιον σου θέασιν ἀξιοθείριθμον, Χειρὶ βασταλδῆ, καὶ ἴδειν, καὶ τὰ φιλικὰ λέγοντα πλάτυτερον διεγμεῖλαν. Οὐ γέρνονταν τούτων ἀφῆσαι οὐ μόνον δειλίᾳ, διὸ δὲ ὅπις καὶ πᾶσα φωνὴ ἐλάχητων δεῖται τῆς Διγενοίας τῷ λέγοντος διέπιστος λόγος, ὡς αὐτὸς οἶδει πολύτων ἀερά, αἱ οἰδείτερον πιστεῖ φέρει τοις νοομένοις. Αἴσιον δὲ τῆς Διγενοίας οἶδον, οὐς αἱ μαθῶν αἱ οἰδείτερες δὲ οὐ λαῶσι. οἴστεραι δὲ αἱ ακαλλέσκονται αἱ μορφοὺς τῷ παρέντων μητέρων.

τύρεται, καὶ ἔξειν ὅπε τὸν γεγραμμένων  
ἰδεῖν. Αὐτὸς Κωνσταντίνος πόλεως, Αὐθεντεῖ-  
νος οὖτε, οὐ πάπα τῆς κτίσεως τῆς πόλεως,

Οὐκτὶ πάντα υμέτερος φίλος  
Θεοδόσιος Ζυζομαλᾶς,  
Θεοφονοτάτειος τῆς με-  
γάλης συκλοπίας Κωνσταν-  
τίνου πόλεως.

D. MARTINO CRV-  
SIO IN DOMINO CA-

RISSIMO.

**N**ON ignoret benevolentia tua (quam & i-  
psa amanter complectens, tāquam funda-  
mentum pono, quod nulla vñquam delebit ob-  
livio) quod de insignibus, quæ nondum vastatae,  
sed adhuc supersunt, vrbibus, de quibus me in-  
terrogasti: scripsi designationem Metropoliū, vt  
tibi gratificarer: & alia quædā particularia, quæ  
ex beatissimo Patriarcha Alexandriæ, cùm supe-  
riore anno hic adesset, de ciuitatibus etiam insi-  
gnioribus quædam significante, audiui: dedi do-

G

Etissimo D. Gerlachio ad te transmittenda.  
Athenas verò s̄aþe vidi (Nauplius enim sum  
Peloponnesius, quæ ciuitas Athenis vicina est)  
& perlustrauit, accuratè & curiosè omnia obser-  
uans: Areopagum, Academias, Aristotelis Lyce-  
um, Pantheon, ædificium omnia alia ædificia su-  
perans, sculptas extrinsecus circumquaq; Græ-  
corum, & diuinæ etiam historias habens: & in-  
ter alia, super magna porta, equos duos in hu-  
manā carnem ferocientes, non aliter ac si viue-  
rent, quos Praxiteles sculpsisse dicitur, in qui-  
bus videre licet virtutem lapides etiam pene-  
trantem (ex lapidibus etiam emicantem) & a-  
lia, admiratione digna. Nihil dico nunc de colle,  
qui è regione est, omnes herbas, & vniuersæ Me-  
dicinæ hospitium publicum, ut ita loquar, conti-  
nente; quem Adonidis hortum nomino: nihil  
de aëris temperie, de aquarum dulcium & alio-  
rum bonorum vbertate. Vnde euenit ut præ-  
sentes Athenienses, qui nunc barbaros mores  
induerunt, memoria tamē valeant, & suaui vo-  
ce prædicti sint, & dimeritis cantilenis ac modula-  
tionibus, Sirenum more, auditores demulceat.  
Quos si Orpheus (qui feras & lapides cātu mul-  
sisse dicitur) vel Methymnæus Terpander, aut  
Marsyas (qui cum Apolline certauit) audiuisset,  
natura artem superantes, obstupuisse, & tibi-  
as abiecissent, & calamos fregissent.

Sed quid Athenarum mentionem faciens,  
lōga oratione vtor, cūm nihil aliud sint, nisi pel-  
lis il-

his illius animalis, quod olim fuit? Veræ Athenæ  
illic (*in Germania*) sunt, vt audimus, sicut & He-  
licon, Bœotiae mons, quem vsq; ad verticem con-  
scendi. Ingressus aut saltus illos gnauiter, & pra-  
ta illa florida, & Parnasias lauros gustas, & Mu-  
fas in Pieria, ac Pegaseū fontem, & alia quæ ce-  
lebratur, quærens: vt nihil eorū inueni, cognoui  
ego ineptus: quod olim quidē hæc loca fuerint  
scholæ sapientum viroru, nunc autem abierunt  
ex his locis Musæ, vt video, & nobis relictis, ad  
vos sapientes Germanos migrarunt, ac vos ipso-  
rū incolæ nunc estis: qui sapientiæ colitis, rem i-  
psam, nō parerga, vt nos, habentes: cote eloqué-  
tiæ acuti, & scientijs illustrati, in verum Helico-  
nem impigrè, sine labore ascenditis, & hūc feli-  
citer incolétes, nos ex sede doctrinarū eieciſtis.  
quibus si non quotidie reficeremur, planè silen-  
dum nobis esset. Sapientiam enim & doctrinas  
iam non amplius habemus. Sed hæc relinquo.

De libellis autem populari lingua scriptis, aut  
de Lexico, scias nihil tale à quoquam editū esse:  
neq; Testamenta (vulgari lingua) quisquam in-  
terpretatus est. ciuitatē enim (vt ita dicā) quam  
Plato ille diuinus condidit, incolimus. Et quia  
merces nulla hos labores subeuntibus proposi-  
ta est: nemo est, qui laborare velit. Si quis vero  
ex opulentioribus apud vos, opitulari nobis vo-  
lens, talia expetit, mittat mercedem, & laborem  
suscipiemus, ac vnius anni spacio (conferenti-  
bus operas & alijs virtis bonis, qui hic sunt, pro

precio) perficiā illa, & vobis mittam lubenti animo ea, quæ multis profutura esse existimo, &c.

Bene & feliciter vale, vir optime, ad oblectationem eorum, qui præclaris studiorū tuorum laboribus audiēdo fruuntur, & bona fama pingue faciunt ossa tua: & ad læticiam ineffabilem eorum, qui in optimis studijs & doctrinis tuis assidue deliciantur, & diuino conspectu tuo corām potiuntur. Quo utinam, ô rex Christe, & nobis frui aliquando liceat, vt amici animi mei propensionem latius explicare possim. Neq; enim literis omnia mentis cogitata satis perspicue declarari queunt, quia omnis vox inferior est mente dicentis. Ideo oratio, vt ipse scis, infirmius aliquāto inferuit illis, quæ mente concipiuntur. Imbecillis quidem mens nostra est, tanquam hominum ignorantium: sed multò imbecillior lingua est, idq; deformitas præsentium testatur, & ex his, quæ à me scripta sunt, videre licet. Datae ex urbe Constantinopoli, 15 Aprilis. Anno à creatione mundi 7084.

*Annus  
7084  
respon-  
det an-  
no Chri-  
stii 1575.*

*In omnibus vester amicus Theo-  
dosius Zygomas, Protonota-  
rius magna Ecclesiæ Constan-  
tinopolitanae.*

O C C A-

OCCASIO ET PRO-  
GRESSVS COMMVTATIONIS  
*literarum & scriptorum inter Patriarcham Con-  
stantinopolitanum, & Martinum Cru-  
sium & alios Tybin-  
genses.*

EX EPISTOLA MARTINI  
CRVSII AD DAVIDEM CHY-  
traum, anno 1579, men-  
se April.

**C**V M Anno Domini 1573 Generosus  
D. David Vngnadius, liber Baro in  
Sonnek, Dominus in Pleiburg, ma-  
dato Cæsareæ Maiest. Legatus Con-  
stantinopolin iturus, petijsset sibi ab illustriss.  
principe nostro Ludouico, doctum aliquem iu-  
uenem mitti; quo Concionatore in aula sua v-  
teretur: adiunctus fuit eius generosæ Domina-  
tioni à clementiss. Domino nostro M. Stephe-  
nus Gerlacus, Theologie studiosus, ex ipsius Cel-  
litudinis stipendio Tybingensi. Hunc, cùm ego  
abiturum hac de causa resciuissem, cogitaui mi-  
hi διληπτός φίλε πλευρά των, Græcorū qui Con-  
stantinopoli essent, periculum faciendum: num  
adhuc veterem linguam scirent, aut qua huma-  
nitate essent.

Scripsi ergo epistolium Græcum, & quidem  
G iij

ad ipsum Patriarcham: licet ne de nomine quidem mihi tunc notum, cum multò minus alius ullus ibi Gr̄ecus mihi notus esset. Argumentum erat hoc. Me, quoniam hic doctus & pius iuuenis, cum Imperatoris Rom. Legato illustri illuc discessurus esset: voluisse, licet audacius hoc esset, Sanctitati ipsius scribere, non aliqua ~~πολυτελείᾳ~~: sed quod gratularer ipsius Sanctitati, illic adhuc reliquias religionis Christianæ & Patriarcham huius, studio & doctrina præstantem (sicut aliquo tempore antè contrà quām putarem cognouisem) esse. Apud nos etiam, sanam doctrinam ex Propheticis Apostolicisq; scriptis purè & copiosè vigere. Deinde quia tum Gr̄cam linguam, in hac Academia, pro mea mediocritate docerem, tum Gr̄acos & Gr̄eca mirificè amarem. Ergo me veniam à Sanctitate eius facile sperare. Postremò commendare Sanctitati eius, quod sine molestia ipsius fieret, hūc bonum Gerlacum: qui posset Sanctitati eius, nostra cuncta probè narrare. Has literas cum prius reuerendo D.D. ostendisse, & num mittere deberem quæsiuisse: ipsius D. hoc factum meum omnino probauit, & suas etiam litteras in eandem propè sententiam addidit. Adiunxi ego cōcionem D. Cancellarij, quam 5 die Aprilis, anno 1573, in templo hīc habuerat, ex 10 cap. Iohan. de bono pastore: post quam concionem, ipse Gerlaus, in Templo, ad munus concionatorium ~~έκεχειρόνητο~~, Volui ut sic Patriarcha gustum aliquem

quem nostræ Religionis haberet. Nam paucis,  
illius concionis summam, ego tūc (vt in templo  
multos haec tenus annos soleo) Græcè exceperā.

Die itaq; Aprilis 9 Gerlacus Tybinga abiit: &  
20 April. Viennam venit. Inde post plures dies,  
quos commoratus fuerat, 18 Iun. Budam, 23  
Iunij Belgradum versus iens, eò 30 Iunij venit,  
hinc 19 Iul. Sophiam Bulgariae metropolin, &  
25 Iul. Philippolin, 28 Iul. Adrianopolin, & 3  
Augusti, Selymbriam, die verò Augusti 6 Con-  
stantinopolin.

Postquam 15 die Octob. *εἰς τὸ πατριαρχεῖον* ve-  
niēdi occasionem nactus esset: ibi per interpre-  
tē (moris enim est, peregrinos, & inferioris con-  
ditionis homines, interprete ad præsules vti: &  
Græci tantum vulgari lingua vtuntur) Gerlacus  
nostras literas D. Patriarchæ trādidit: qui huma-  
niter accipiens, nec tamen tunc resignans, è Se-  
natū suo, quem tūc habuerat, abiit. Cūm postea  
literas legisset & concionem prædictam, nec fa-  
cta esset mentio eius in literis, nec causam sciret  
cur misisse (nam tantum Latinis verbis, in fine  
chartæ addideram, me *κύρωσις εἰρήνη* mittere, quod  
ea ante Geraci *χειρονομία* habita esset: quæ verba  
aut ipsi non viderunt, aut nō intellexerunt) per-  
turbatio secuta est: aliquo ex Calogeris dicente,  
me ideo misisse, vt Domino Patriarchæ, tan-  
quam in officio suo diligentiam non adhibenti,  
veternum excutiem. Sed Rhetor Patriarchi-  
cus, D. Iohannes Zygomala (nunc μέγας ὁ μεγάλης

επικανονιας ἐρμηνείας) contendit bono animo missam esse, φιλεματισμος scil. ἔρευνα.

Tunc ad Gerlacum illa concione missa, per D. Theodosium protonotarium prædicti Iohannis filium, de causa missionis quæsitum est. Gerlacus, sicut res erat, negauit ὅτε επικόνιον λόγον esse; sed bono animo missam esse, causis allatis, quas ante suum abitum ex me cognouerat, demonstrauit. Hoc modo acquieuerunt. Magis etiam postea sanavi ego scriptis 4 Mart. 74, literis, quibus gratias egri reuerenter, quod sanctitas eius beneuolè nostras literas accepisset: dissimilans omnino, me aliquid de illa offensione cognouisse; addidi, me, sicut proximè concionem de bono pastore miserum μύστων ἔρευνας τῆς θεοὶ πληνερέαν θρησκείαν, & ut ostenderem τὸ μὴ φιλέμενον: ita nunc quoq; mittere summam concionis D. D. Iacobi Heerbrandi, ex Luc. 10. θεοὶ βασιλεῖας Θεῶν. Cùm postea i Nouembris anno 1574, Patriarcha, de vtraq; concione humanissimè respondisset monens, ne aliquos νεωτεριζόμενος se queremur: accepit deinde à nobis Exemplar Augustanæ Confessionis, Græcè olim à D. D. Paolo Dolscio conuersæ, ac 16 Nouemb. anno 1575, nobis beneuolè respondit, se responsum ad illum suo tempore missurum.

Deinde 18 Iun. 76, id Tybingæ accepimus: quem libellum ego Latinè cōuerti. Modestè iudicium suū significat de singulis articulis. Summa est, quod Spiritum S. ex solo patre procedere  
Graci

Græci aiunt: libero arbitrio, & bonis operibus, nimum tribuunt: per imagines inuocant sanctos: septem sacramenta faciunt: & talibus astruendis Patrum suorum testimonia *αντλεῖσθαι* proferunt.

Die postea 18 Junij 77, Apologiam seu Responsum, ad illud Patriarchicum scriprum, Græcum modestissimè scriptū misimus. Ibi ostendimus (post reuerenter gratias pro Responso Sanctitatis eius actas) nos letari, quod inter nos de multis & magnis capitibus doctrinæ consentiamus. Deinde locum communem tractamus de autoritate S. Scripturæ, cui omnia alia scripta se submittere debeant. Tum in quibus capitibus dissentiamus, sententiam nostram exponentes primum firmis testimentiis S. literarū, deinde (vbi habere potuimus) testimentiis patrum Græcorum confirmamus. Simul nomine D. Cancell. & meo, tria elegantissima horologia, D. Patriarchæ, & utrique Zygomalæ misimus.

Deinde i Octob. compendium Theologicum D. Iacobi Heerbrandi, quod ea æstate Græcè à me cōuersum fuit, Domino Patriarchæ misimus: quod, quæ in illa Apologia fortè breuius & obscurius tractentur, hic expressius & copiosius fortè posita sint. Vtrunque verò scriptum Viennæ concurrens, 30 Decemb. 77, cum pluribus nostris literis concurrentibus, Gerlacus accepit: quæ cum Patriarchæ reddere circiter 2 diem Ianuarij 78 vellet, iam is ad visitandas Ec-

clesias suas in Græciam exiuerat. Quidam vero, per eius missus, scripta illa ei in Thesalia 4 die Martij reddidit. Ad quæ pluribus, Theologis nostris mihiq; tum communes, tum singulis proprias, literas scribens, responsurum se breui promisit (sicut exemplum Epistolæ eius ad me hic inclusum mitto) sed nondum responsum venit. Exspectamus tamen quotidie nunc literas à D. Salomone Schwæickero Sultzense, apud Generosum Dominum Ioachimum à Sintzendorff, aulico Constantinopoli concionatore, etiam in nostro stipendio educato. Atq; hæc de hisce hactenus.

EX ALIA EIVSDEM EPISTO-  
LA, ANNO 1580. D. 4 IULII,  
*ad Davidem Chytr. data.*

**E**GO, prætetito Maio & Iunio, Græcè cōuer-  
ti responsum, D. Hieremiæ, licet Ἀρρόπολις  
μηνίσιπη, mittendum, ad ipsius libellum, quem  
πέρυσι mense Maio acceperamus, cui responso  
plurimi subscriptimus: idque nunc εὐδοκεῖς Boζαν-  
νία καταπεμφθήσται ξανθεῖ. Hi ergo libelli hacte-  
nus vtrinque missi:

1. *Hinc Augustana Confessio, Dolscio interpret.*
2. *Illinc ad eam Responsum D. Hieremia. Con-*  
*nverti Latinè ego.*
3. *Hinc placida refutatio, & neruosa nostra op-*  
*probocia defensio. Connuerti Græcè.*

4. *Illinc*

<sup>4</sup> *Illinc πέρισσοι Δ. Hieremias ad hanc Responsum. Conuertere Latine.*

<sup>5</sup> *Nunc præsens noster libellus, humaniter & nervosè scriptus. Conuersti Græcè.*

Hi <sup>5</sup> libelli si excuderetur, vñā cum conuersione Latina è regione, esset pulchrum & utile opus. Hos omnes libellos habeo ego: & paratus essem suscipere laboré editionis, si aliquando, me viuente, τίς ἡμῶν τῆς Ἑκκλησίας φυσῆται placet. Sed adhuc nemo tale quid cogitat, & sunt τύλασθαι, καὶ εφεκτικοί, &c.

## PRIMA PATRIAR- CHÆ BYZANTINI EPISTO- LA AD TYBINGENSES, *Latinè conuersa.*

IEREMIAS, MISERICORDIA  
DEI ARCHIEPISCOPVS CON-  
stantinopoleos, noua Roma, & OEcumenicus Patriarcha.

**S**VPERIORE anno epistolas nobis gratas, charitate & sapientia plenas, accepimus: vnam tuā D.N.apud Tybingēses verbi Dei doctor, alteram M. Crusij: nunc itē ab utroq; duabus epistolis acceptis lætati sumus, vt tunc ita & nunc satis, sicut decebat, vtpote literas nacti virorum

sapientum, & questiones afferentiū sacras: quōrum vtriusque præstantiam animi, nec non benevolentiam, & affectum amicum ac reuerentiam, quam erga nostram mediocritatem ostēditis, libenter approbauimus, approbamusque: Deumq; pro salute vestra precati sumus. Verūm præterito anno , multis magnisque occupatiōnibus, quibus quotidie tenemur, impediti (nam in hisce locis, quo maiori cura sacratissimā Christi ecclesiam gubernamus: eo liberius quoque veram doctrinam prædicamus) responsum vobis non misimus. Postquam verò ab eo tempore, ardenti desiderio id cupitis, & expectatis: id eo & nos iam, Deo iuuāte, ad capita & summas, quas misistis, duarum concionum vestrarum, respondeimus.

Ac primū de dicto Euangelico, quod est: Ego sum ille pastor bonus, &c. Deinde, quidnā sit regnum cœlorum.

Dicimus itaque, quod mediator Dei hominumque Iesus Christus, verè se pastorem nominauerit, secundum parabolam, quæ est in sacris Euangeliis, de centum ouibus. Quippe qui relictis nonaginta ouibus, quæ nō errauerant, sed saluæ erant, (cœlestes dico potestates) in terra conspectus est: atque inter homines (carne vestitus, quam ex S. Virgine Deipara assumserat) versatus, ouem errantem, vniuersum scilicet genus humanum, reuocauit. Ipse igitur, Deus & homo simul, Iesus, primus pastor est, seu Archipœmen:

p̄c̄men: huncque nos verum pastorem agnoscimus: & nos oves eius, ratione præditas, profitemur, ac credimus. Deinde omnes, qui rationali huic Christianorum gregi præfunt: quicunque illius discipuli sunt, & veri successores: & in vita sua Christum imitantes, præcepta eius impletant, operibus diuites bonis cum fide sincera: tales etiam per gratiam & participationem pastores boni dici possunt, quales & antea fuerunt Orthodoxi patriarchæ nostri, & qui nunc sunt, reliqui, Christi imitatores, primarij sacerdotes. Qui verò videntur quidem esse, sed reuera non sunt pastores: hi, vt pote veritati ipsi, Christo scilicet Deo, repugnantes, mercenarij sunt, & non pastores. Vos verò Dominus Deus, verus princeps pastorum, dignetur sua gratia: vt sanæ fidei nostræ semper adhæreatis, nec claudicetis, néve rebus nouis studeatis, aut vacillantes recidatis ab his, quæ diuinitus dicta sunt à salvatore nostro Iesu Christo, & sanctis apostolis discipulisque ipsius, & à sanctis septem synodis, & reliquis diuinis, sanctisque patribus, qui virtute miraculis illustres fuerunt: sed vt custodiatis omnia, quæ Christi Ecclesia, tum scripto, tum non scripto tradita accepit, verūmque pastorem sequamini, vocem eius audiatis, mandata eius impletatis. Atque hoc tantillum, & ex multis per pauca, de bono pastore.

Nunc de Regno cœlorum, seu (quod idem est) Dei, qualenam id sit, sic dicimus. Regnum

Dei , multis modis dicitur & exponitur apud theologos. Regnum Dei est, non qualia sunt regnum huius seculi regna: sed illud aeternum regnum, quo fruentur, qui verum illum sequuntur pastorem, & recta faciunt: & ipso Christo splendebunt sicut Sol, intuentes ipsum semper, & intuitu eius fruētes, aeternāmq; iure lāticiam percipientes. Regnum Dei est dehinc etiam cognitio Dei recta: quam quoq; aeternam vitam ipsē Dominus nominat, cùm dicit: Hac est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Rursus duplex est regnum Dei. Vnum vniuersale, quod vbiq; est ratione dominationis in omnes creaturas. Alterum quod non vbiq; est, neq; ad omnes venit: sed ad solos fideles, & qui gratia eius, & illuminatione diuina, digni sunt. Quemadmodum sensibilis hic Sol diuerso modo illustrat uno eodemq; lumine ea quæ de ipso illustrantur, profacultate scilicet, qua vnumquodq; corpus ipsius capax est: eodem modo illi, qui in iustitia & recta fide manent semper dilecti, ab intelligibili Sole Deo, manent semper in lumine eius secundum virtutem viuentes. Quando enim, dum in terra versamur, vitam tanquam in coelesti ciuitate vivimus, non autem affectibus indulgemus, regnum coelorum habemus. Quocirca & Dominus ait: Qui verbum meū audit, & credit ei, qui misit me; is habet vitam aeternam, & in iudicium non venit. Vides? statim hanc habet, non autem habe-

habebit. Quiverò fortè lapsi sunt & longius recesserunt, sed per pænitentiam redeunt: illuminantur rursus, dū decretis Ecclesiae Christi mente insistunt & in eis perseverat. Sed de tali quoque illuminatione regnōque Dei, seu cœlorum, dictum satis.

Reliquum est ut precemur ipsum pastorum principem Christum Deū nostrum, ut vos istic quoq; nullum aliud fundamentum fidei seruitis, præter id quod positum est: quod est angulatis lapis, videlicet Christus, qui est ipsa veritas: nec peregrinam vocem quorundam res nouas molientium audiatis, qui non per Euangelij ianuam ingrediuntur: & doctrinam illorum, qui superstruxerunt, sanctorum patrum, & diuinorum doctorum nostrorum: sed ut ipsum Archipœmena Dominum nostrum audiatis, & ipsius sanctam Ecclesiam: quam suo proprio sanguine redemit: contra quam ne portas quidem inferorum præualituras esse ipse pronunciauit. Contingat denique vobis, ut ipsum cœlestē regnum consequamini, eōq; digni habeamini, per Christum Iesum Dominum nostrum: cui gloria in omnia secula, Amen. Valete. Ex Constantiopoli, anno mundi 7083.

Christi verò 1574.

REVIVACI<sup>E</sup> T R A M

# DE CONFESSIONE

## AVGVSTANA GRÆCA,

### PATRIARCHÆ CONSTAN-

*tinopolitano exhibita.*



ALVTEM in Christo. Binas R. D.  
V. literas cum literis binis ad Patri-  
archam & confessione Augustana  
7 Maij accepi. Cum autem Turca (cui  
locaueram) ad 23 Maij libellū con-  
fessionis ligare differret, contigit ut sequenti die  
literas & confessionem, Patriarchæ cum suo  
senatu cōgregato, offerrem admodum oppor-  
tunè. Eas statim in præsentia mea magna cum  
voluptate & gaudio legit, legendasq; suis pre-  
sbyteris & Calogeris, qui tum præsentes aderat,  
dedit. Postmodum Patriarcha clara voce quin-  
que capitā ex confessione suis examinanda pro-  
posuit. In tertio capite occurrebat ipsis dubium,  
Quod Christus non tantum pro culpa originis,  
sed etiā pro omnibus actualibus peccatis hostia  
esset. Videbantur enim asserere, peccata actua-  
lia, cōfessione, satisfactione & absolutione tolli,  
Christique meritum se ratiū ad originale pec-  
catum extendere, cumq; multis de eo discepta-  
sent, rogauit ex me Patriarcha, an Christus et-  
iam pro factis & fiēdis adhuc, satisfecisset, cūm-  
que confirmationē eius ex scriptura audirēt, ac-  
quieuerunt. Alterum dubium erat de iustifica-  
tione

tione fidei, existimantes nos fingere nudā quan-  
dam credulitatem absque operibus: propterea  
quærebat, an quis fide saluari posset, qui nihil  
boni operaretur: sed veræ fidei cū charitate per-  
petuò iunctæ definitionem, eiusq; ab operibus  
in negotio iustificationis distinctionē danti af-  
fenserunt. Inciderunt & alia quæstiones de fi-  
de, operibus, confessione, &c. ex quibus vide-  
bantur opinionem de merito & satisfactiōne  
propria, pro actualibus peccatis alere: holo ta-  
mē ipsos eius certò insimulare: parebit id ex re-  
sponso proprio. Ab his transit ad purgatorium,  
quod cum ex scriptura damnass̄em, omnes mi-  
hi gestu vocéque applaudebant. Sed quæstio de  
processione Spiritus S. (quam immediatè sub-  
iungebat) nos dissiderē, non tamen animis a-  
lienos fecit. De hac plurimis mecum egit, di-  
ctum Christi Ioan. 15, & concilia 4 œcumenica  
sententiæ nostræ opponens: cūmque respon-  
siones meas rationēque contrarias benignè au-  
disseret, nec se aliquid obtinere posse intelligeret,  
colloquium abruptit. Promisit etiam quod dili-  
genter examinata cōfessione sententiam suam  
scribere velit, mēque si dubium quid & contro-  
uersum occurrat, vocare. Metuo autem ut pluri-  
ma futura sint. Exerior ipsos ceremoniis & tra-  
ditionibus non patum deditos. Durius scripta,  
quibus & ipsorum superstitione perstringitur, iam  
non nihil mitigari, & in posterum, quantum ve-  
titas cōcedet, facturus sum, ut sperem libellum

istum non infrugiferum fore. Cæterū quod  
res meas attinet, Dign. vestris reuerenter & de-  
missè gratias ago pro commendatione apud Il-  
lustriss. Principem quæ plus propemodum tri-  
sticię quād gaudij attulit, quòd expectationi-  
stræ, me non respondere, tenuitas modulusque  
ingenij mei sinet.

Turcicam enim vel Arabicam linguam disce-  
re non tantùm difficile, sed impossibile propter  
vitæ meæ conditionem videtur: siquidem non  
suis præceptis constet, sed solo continuo que vñ  
& conuersatione cum Mahumetanis addiscatur.  
Estque ea difficultas legendi & scribendi  
Turcicam linguam, ut quidam per quadrien-  
nium, eius solo nomine nec mediocri studio hīc  
agentes, tirones se adhuc profiteantur, & cū sin-  
gulare planéque diuinum ingenium sit Gene-  
rosi mei in linguis descendis, memoriaque tena-  
cissima, sæpe tamen detestando de difficultate  
huius barbaræ linguæ conqueratur. Nec defue-  
runt amici (Secretarius & Doctor Medicus an-  
tecessoris Generosi mei) quos initio statim de  
eo studio consului, sed propter temporis breui-  
tatem (quod tantùm biennale fore Dominus  
meus certò sperabat, & quòd plures annos Cæs.  
Maiestati non promisisset, & desponsatio Libe-  
ré cuiusdam intercessisset) negatamq; cum Tur-  
cis conuersationē, nihil me operæprecium præ-  
stiturum dicebant.

Quod ad cognitionem religionis Turcicæ  
attinet,

attinet, ea tribus ut opinor partibus cōsumuntur: In fabulis & somniis Mahumetis: traditione ceremoniarum infinita: & Theologia Ethica de virtutibus & vitiis. In tertia hac nihil laborādū arbitror, quod rationi consentanea, sed omnino confusè scribant. Prima & secunda quia infinitis propemodum libris absoluitur, eorumque nullus prater Alcoranum Latinus extet, Turcæ cuidam Latinę lingue & Theologiæ ipsorum non imperito precium obtuli, ut summam eius conscriberet: cuius initium cum iam fecerit, spero me ipso instantem finem consecuturum. Hæc in præsentia raptim, per festinationem cursoris, à Patriarcha reuerso scribere licuit, quibus me Dign. vestre reuerenter commendo. Colloquium cum Patriarcha ultra duas horas extractum fuit. Deus omnipotens Dignitatem vestram reverendam cum collegis reverendiss. Doctoribus clariss. in communione spiritus, Ecclesiæ & scholæ diutissimè incolumes conferuet. Datae Constantino. 24 Maij, anno 75.

Per ~~reverendissimam~~ omnes intelligunt qui à consuetudine Græcæ ecclesiæ, traditionibus conciliorum OEcumenicorum, Patrumq; discesserunt.

*Stephanus Gerlachius.*

**C**V M præter opinionem nostram cursor in  
26 diem à supremo Passa detineretur, Patri-  
archæ collegium adij, vt quid iudicij de confes-  
sione esset cognoscerem: nihil adhuc de ea ro-  
ganti, Rhetor vir senex & bonus, præter omnē  
expectationem dixit, quod toto ferè libello per-  
lecto omnia probent, præter opinionem no-  
stram de processione Spiritus S. & pane infe-  
mentato: cùmq; de his duobus in cōfessione ni-  
hil haberi putem, petij vt sentētiam & iudicium  
suum de articulis confessionis nostræ scriberet  
Patriarcha. Controuersiam enim de pane fer-  
mentato (vt mihi videbatur) non eius momenti  
esse, vt propter eam ecclesiæ turbandæ sint, ne-  
que nos quicquam eius cauſsa ab ecclesia Græca  
dissociari velle, cùm adiaphoron sit, siue quis fer-  
mentato, siue infermētato, absq; tamen super-  
stitione & scādalo ecclesiæ vtatur, modò in ſub-  
ſtantia & vero vſu conueniamus. & probauit  
ſententiam Rhetor. De processione Spiritus S.  
dicebat, ſe meo monitu Patriarchæ ſuasorem  
fuiffe, ne eius in responſo mentionem faceret,  
cùm veſtra dignitas id in præſentia nō petat, ſed  
ſi eius sanctitati videatur, ſeorsim de ea agi po-  
ſe. Cūmq; ſciam in eo articulo nullo modo con-  
ueniri poſſe, ne in reliquis quoq; aſſensuſ turbe-  
tur, etiā prouocatus tanquā ſubtilem & meum  
captum excedentem diſputationem detrecta-  
bo, donec dignitati veſtriæ in præſenti negotio  
ſatisfiat. Poſtea ſi ipſius sanctitas à me petet,  
& veſtriæ

& vestræ dignitati consultum videbitur, rationes quas de processione ab utroque conscripti, offeram. Dubium enim non est, quin istud controversum repetiturus sit. Et iā aliqui mihi persuadere conabantur, ut in gratiam Patriarchæ, ipsis in hoc articulo assentirem, cùm in plerisq; reliquis conueniremus. His ita cū Rhetore collatis, peto me ad Metropolitam de Nicæa duci, quem ante tres dies aduenisse audieram. Conuenimus virum humanissimum, & linguæ antiquæ non imperitum, cùmque occasione capta à commemoratione celeberrimi & orthodoxi apud nos concilij Niceni sermones de statu Ecclesiarum suæ diœcesis & nostrarum habuissimus, tempus vespertinum me domum reuocauit. Petiit ut Nicæam post paucos dies se comitari vellem, sed multa obstant quo minus ipsius meaq; in primis voluntati satisfacere possim. Dolebam mihi non esse ad manum exemplar confessionis Aug. quo ipsum nō sine fructu exhilarassem.

tur. Exterior murus humilior, sed totidem tur-  
ribus. Muri maritimi humiliores sunt terrestri-  
bus, simplices, sed bene crassi & turrigeri. Ter-  
restres hodie extantes, ampliores sunt muris  
Constantini Magni, à Theodosio minore ex-  
structi. Nomen aurem Theophili regis, in mari-  
timis incisum, indicat, eos ab ipso renouatos &  
ampliatos etiam esse.

**Ædificia urbis humilia sunt.** Turcarum ple-  
raque, exceptis magnatum & ditiorum domi-  
bus, vnius contignationis, Græcorum & Iudeo-  
rum duarum ut plurimum sunt: ex luto & lapi-  
dibus, partim ex crudis vel coctis lateribus con-  
structa.

**Domus Patriarchæ** ante captam urbem ad S.  
Sophiam fuit. Nunc in extremo ferè urbis an-  
gulo, non procul à Palatio, quod Constantini  
vocatur, & loco Blachernarum, in monasterio  
quodam satis spacio hortis & situ, in loco edi-  
tiori, versus sinum maris & urbem Peram amœ-  
nissimo, habitat.

In templo eius spectanda exhibentur, cor-  
pus Ma-

pus Mariæ Salome, D. Euphemia, & columna marmorea, ad quam Christus flagellatus creditur. Huic aliud templum adiunctum est, Iohanni Baptistæ sacrum, quod TRULLVM vocant, à monialibus Græcis inhabitatum.

*Palatium Imperatoris*, à Mahomete, qui urbem cepit, ædificatum, in primo colle, è regione Scutaris, in promontorio Bosphorico situm est: ubi & Acropolis antiqui Byzantij, & Regū Constantinopolitanorū, fuit. Amplitudo eius muris fortissimis inclusa Tubingā facile æquat. Sylva cupressorum, platanorum, arborumq; fructiferarum vndiq; cingitur. Ante domum regis tres portæ altissimæ sunt, de marmore albo & serpento. Duæ priores custoditæ ianitoribus plurimis: & tertia per quam ad Regiam aditus patet Eunuchis. Intra has portas duo atria lögè lateq; patent. In quorum priore officinæ quædam Regiæ sunt, famuliq; magnatum equitando se exercent, dum operiuntur dominos suos. In altero, Senatum Bassarū dum Imperator habet, præcipua exercitus pars in ordine stat, singuli complicatis manibus, tantoq; silentio, ut neverbum quidem exaudiatur. Intra septum Regium, præter templum antiquum, quod parvam Sophiam vocant, aliud ædificium Græcum non videtur, & in horto Regio columna porphyretica, capitello Corinthio, quod ex mari circum nauigantibus conspicitur.

Ædificiorum Regiorum structura satis ma-

gnifica & sumtuosa est, ex marmore vario, plumbō recta, ut & omnia templa, Xenodochia, & pleraq; hospitia Turcica. pavimentum interioris aedis, tapis preciosissimis, de auro ductili, opere Persico, stratum est: laquearia inaurata: fenestræ lapidibus preciosis ornatae,

*Templum S. Sophie* septo Regio vicinissimum est, via duntaxat intermedia, altissimum & amplissimum, columnis de omni genere marmoris & incredibilis magnitudinis magnificentissimum: portæ æreæ altissimæ & plurimæ, elegansissimi operis: parietes omnes anteriores, porticus templi aularum superiorum, infinita varietate præstantissimi marmoris vestiti: omnes camere calculis & tessellis vitreis inauratis rectæ, imagines Sanctorum repræsentantibus, sed singularum facies à Turcis erasæ. Opus planè & dificium incomparabile.

Summum hodie templum Turcarum est, in quo quotidie unus ex Doctoribus Turcicis magna frequentia auditorum docet. Cuius audiendi gratia, cùm 14 Maij præsentis anni, cum alijs nonnullis ingressus essem: tanquam profanatores templi à Sarraceno quodam, & duobus Papanis (nomen Græcorum & Turcicorum sacerdotum) expulsi sumus.

Templum Lucæ ubi fuerit, ignoratur. In loco vero templi Apostolorum olim magnificissimi, Mahometes suum templum & sepulturam extrui fecit.

Templa

*Templa Imperatorum & Purpuratorum*, ad formā S. Sophiæ, tecto plumbeo & hemisphærico Mechanū spectantia, ædificata sunt. oratūt enim versus Prophetæ patriam faciem conuertunt. Vnumquodq; vestibulum amplum & quadratum ex marmore albo stratum, & porticibus pulcherrimis columnis marmoreis sustentatis circundatum habet: in cuius medio arbores cupressinæ, & fons amœnus epistomis plurimi est: ad quem oraturi se prius lauant. Pavimentum templi storeis stratum est, & lampades infinitæ in medio per circum suspensæ, quas noctu accendunt. ex loco in eo altiori, qui gradibus lapideis ascenditur, in die Veneris ante meridiem textum Alcorani legunt: Deoq; gratijs pro reuelata veritate actis, pro Rege & populo fideli orant.

Post meridiem ex cathedra humiliori & lignea concionari solent. Et inter concionandū, quoties mentio Prophetæ ipsorum fit, omnes vnanimi voce clamare incipiunt: Alla hummelli aha Muhamet, hoc est, O Deus noster, glorifica & saluifica Mahumetem. Tempa quoque altas & rotundas turres habent, ex quibus Papæ suos ad preces in die & nocte quinques inuitant.

Templis Imperatorum & Bassarum, *Xenodochia ampla*, & studiosorum collegia pulcherrima addita sunt, hæcque suos gradus & quasi classes habent, in quibus singulis certi li-

bri, semper alij alijs maioris doctrinæ leguntur. Reliquis templis plerisq; que infinita sunt, pueriles scholæ adiunctæ sunt. Pictura vrbis, quam misisti, multa loca ad calcem signata habet, quæ forte nunquam Constantinopoli fuerunt, quædam omisit, alia perperam notauit, ut appareat authorem vrbem non vidisse. Forum Constantini, in quo nos habitamus, nec serpentinam, nec histriatam columnam, sed purpuream habet, qua, pictura vestra, omissa serpentinam ponit: quæ tamen cum obelisco & colosso in Hippodromo sita est: histriata in septimo colle, non procul à septem Turtibus.

Per portam Ottomannicam ipsum palatum Regis intelligitur: in quo summum concilium Bassarum congregatur.

Fœminarum Græcarum, quæ lautioris fortunæ sunt, vestitus sumtuosissimus est ex vario genere ferici panni. Pectus alioqui nudum, & brachia catenulis argenteis & aureis vestiunt. Crepidas nonnullæ habent laminis argenteis obductas. Virgines in nuptijs coronas ex auro gestant. Turcicarum adeò sumtuosus non videtur, licet magnatum quoq; vxores ex serico auroq; vestiantur. Vtræq; procaces, perui-  
caces, dicaces.

Græcæ in templis separatas aulas habent, quibus cancelli obiciuntur, ne à viris conspici possint. Domi quoq; peregrinis non patent, sed abdunt se ingredientibus. Verùm habitus Græcorum

corum & Turcarū varijs suo tempore picturam dabo. Nunc per occupationes pictoris, qui vniuersus hīc ex Galliis ēst, suasque mērcēs magni estimare solet, non licuit mittere.

*Supersunt paucæ familiæ ex nobilitate Græca.*  
Duo fratres Palæologi; quorum alter potentia & odio Michaëlis Cantacuzeni, supremi publicani, compulsus, ad regem Tartarorū (affinem puto) abiit: alter cum filiis Galatæ siue Peræ trans sinum agit. Cantacuzenorum duæ casæ: una in Pera; altera in Achillo, oppido Ponti Euxini. Offendi quoque primo anno, quo huc veni, senem quendam in Patriarchatu, Italicè & Græcè peritum, de familia Cantacuzenorum: quem non ita pridem in monte sancto Calogerum factum esse dicunt.

Raliorum duæ casæ: & de Assanis fœminæ tantum supersunt.

*Rhetoris nomen & titulus: Ιωάννης Ζυγμαλαῖος,*  
*πρήτωρ ἡγεμόνης τῆς Κωνσταντίνου πόλεως μεγάλης ἐκκλησίας.*

Patria, Nauplia in Peloponneso est. Officiū, cancellarium quasi, aut verius interpretem, in Græca pura, Latina, & Italicalingua, apud Patriarcham agere, si vel literæ, vel peregrini harum linguarum Patriarchæ obueniant. Humanitas eius ex literis conspicietur. Excedit annum septuagesimum.

Filio ipsius nomen est Θεοδόσιος Ζυγμαλαῖος  
Ναύπλιος, πρεσβυτερος τῆς Κωνσταντίνου πόλεως μεγάλης ἐκκλησίας. Officium eius inter præcipua est, no-

mine Patriarchæ ad reliquos Patriarchas, Metropolitas, Archiepiscopos, Episcopos, Familiares, & Ecclesiæ literas & mandata, aliaq; ad Patriarchatum pertinentia scribere. Cumque iuuenis adhuc, 28 fortè annorum, ingenio & doctrina valeat, in Patribus quoque mediocriter versatus sit: opera ipsius diligēti Patriarcha plurimum vtitur.

*Ratio victus hæc est.* Calogeri (de quorum grege Patriarcha, metropolitæ & Episcopi quoque sunt) nunquam carnibus vescuntur, sed vt plurimum piscibus: quando tamē per rationem ieunij licet. nam toto Quadragesimali tempore, cum septimana sancta, die quoq; Mercurij & Veneris, à festo Ascensionis Christi vsq; ad 1 Augusti & per reliquos 14 dies, ad festum Assumptionis vñque Mariæ, etiam à piscibus, lacticiniis, & ouis, tam clerici quam laici abstinent: de conchis marinis, fardellis, ostreis, oryza, hordeo, acetariis, raphanis, oliuis, aliisque fructibus, quos per integrum ferè annum habere possunt, videntes.

Patriarcha 30 circiter personis victū & amictum præbet. Numerus conuictorum eius statutus non est. Sed cùm plerumq; Metropolitæ, & Episcopi, ob res suas apud Patriarcham, vel sumnum Bassam, expediendas, Constantinopolis agant; ad mensam eos inuitat: aut in absentia ipsorum, sacerdotes & familiares quos vult.

Supereft ut catalogum librorum, qui Græcè manu

manuscripti h̄ic extant, mittā. Annales Michaëlis Glycæ, Constantinus Manasses, Laonicus Chalcondyles, Historici. Χειροδοτὺς μοναχὸν libri tres contra Iudeos. Iosephi monachi, cognomento Γαλεωνί, orationes Theologicæ, quas tempore Manuelis regis plerasq; in palatio Regio, & templo Apostolorum dixit, de Trinitate, processione Spiritus sancti tātūm ex patre. Γρηγόριος τῆς παλαιᾶς Ρώμης. Επίτροπος φιλοσόφων Δέλλογρι. Iohannis Damasceni κεφάλαια ἀθεί τῷ αἱρέσεων. ὁκκλησιαστικὰ Δέλλογρι παπικῆς Συμεὼν, ἀρχιεπισκόπῳ Θεοφανίκης, κτ<sup>ρ</sup> πασῶν τῷ αἱρέσεων, καὶ ἀθεί τῆς μόνης πίστος τῷ Θεῷ. Epitome Iuris & Canonum Apostolicorum. πυπικὸν τῆς ὁκκλησιαστικῆς ὀικολουδίας τῆς ἀντίρροστούμων εὐναυλοῖς λαύρας. Τῷ ὀστεί παπίρος Σαΐτα ἐξηκοντάβιλος.

In Patriarchatu extat maximum opus titulolo σωματιφρή ἐξηγήσεων ἀπὸ Δέλλοφόρων ἀγίων παπίρων καὶ διδασκάλων eis τὸν βίβλον τῷ Ιακώβῳ, συλλεγένται καὶ τὴν iερωπάπινην μηδεπολίτην Ἡερακλεῖας Νικέτα. Pandecta, cōtinens summa argumenta Canonum Apostolicorum, septem Synodorum vniuersalium, & prouincialium, epistolarum Synodalium: Ata verò sextæ & septimæ Synodi perfecta. Cui addita est ἐξήγησις τῷ θείων κανόνων τῷ αγίων ἀποστόλων, καὶ τῷ οἰκουμενικῷ σωόσων καὶ ποτικῶν, ποιηθεῖσα τῷ μοναχῷ τῷ Ζωναρχῇ. Audio etiam, in vicina insula Chalce haberī Aγαθία καὶ Εύραπίς historias. Horum librorum quilibet non nisi magno precio comparari potest.

Postremò indicauit mihi Theodosius Zygomas, se Humanitati tuæ scribere, quod *nominis Metropolium & Episcopatuū Græciæ* à me accepturus sis: de quo tamen prius me nihil monuerat, nec tibi ut mitterem collegerat. Sed hæc conscribendi occasio erat: quod ante annum à Dauide Chyträo per literas rogatus fuissim, ut similibus de rebus excellentiam eius, historiæ causa, certiorum facerem. Cui ut gratificarer, meoque satisfacerem desiderio, quæstiones aliquot de ecclesiis & fide Græcorum conscripsi: Theodosium rogans, ut operam suam in iis certificandis mihi præstaret. Quod cum promittes mercedem peteret, aliquot Taleros, cum spe aliorum quoque, ipsi dedi, si diligentem operam præstaret. post annum demum ad alias faltem respōsum extorsi. Sed nec tibi, nec D. Chyträo transmittere volui, donec obscura dubia que explicet, & quæ deesse videntur compleat, &c.

CON-

# CONFESSIO FIDEI

A GENNADIO PATRIAR-

CHA CONSTANT. STATIM

*post captam à Turcis urbem anno*

*1453. Mahometi II. postu-*

*lanti exhibita.*

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ  
 ὑπριωτάτου καί εἰς Γενναδίου τῷ  
 Σχολασίῳ, πάτριαρχον Κωνσταν-  
 τίνης πόλεως, νέας Ρώμης, ὁ μεγα-  
 λύταρθεῖσα πολὺ τὸρ θῆς ἐάμιν-  
 οῦτου πίστεως τῷ Χριστιανῶν περὶ<sup>τ</sup>  
 τοῦ ΑΓαρηνάρχειον θρά-  
 τον Αύγουστον Συλλαβὴν Μεχεμέτ, Τί-  
 πισθήσετε υμεῖς οἱ Χριστιανοί;  
 ἀπεκείνα τὸ πτως.

ΠΙΓΔΙΟΜΕΝ, ὅπερ εἶ Θεὸς δημιουργὸς παθύ-  
 των, οὐαίσιον, καὶ ποτὲ μὴ οἴτος εἰς δέξιον.

καὶ ὅπις τε σῶμα ἔστιν, τί τε σῶμα ἔχει· ἀλλά  
 ζῆ νοερῶς ἐστιν ψυχὴ εἰρηνος, καὶ τελεφότατος, καὶ συ-  
 φώτατος· αὐτοῦ δέ τος ἔστιν, αὐτορχος, αὐτελεφ-  
 τικος· ἐστιν δὲ φύσις κρίσιμη, καὶ υἱοφόρη τὸ κρίσιμον.  
 Οὐκ ἐστιν δὲ θεοῖς τόπω, καὶ ἐστιν δὲ πρητερί τό-  
 πω. Ταῦτα εἰσὶν ἴδιωματα τοῦ Θεοῦ, διὸν γένεται  
 εἰς τοῦτο κληρονομία αὐτῶν, καὶ μῆτρα ὁμοίως.  
 "Εστι σοφὸς καὶ ἀγαθός, καὶ ἀληθῆς, καὶ ὄστα  
 καὶ περίματα ἔχοντος τὰ ποιήματα αὐτοῦ  
 μεμετομένως, ἔχει αὐτὸς μόνος, καὶ καθ' ὑψη-  
 λότερον Θέου· καὶ Ταύτας τὰς τελεφότατας  
 ἔχοντα κληρονομίατα, διὸν αὐτὸς δίδωσι Ταύ-  
 τας τοῖς κληρονομοῦσιν αὐτῶν· καὶ ὅπις ἀγαθός ἔστι, καὶ  
 τὰ κληρονομίατα αὐτῶν ἀγαθά· ὅπις Σοφὸς, Σοφί-  
 ὅπις ἀληθῆς, ἀληθῆ· καὶ ὄστα ὁμοίως· πλὴν ὅπις  
 μὴν Θεὸς κληρεῖται ἔχει Ταῦτα, τὰ δὲ κληρονομία-  
 τα μετέχουσιν.

Πικρόλιμνον, ὅπις εἰσὶν δὲ φύσις Θεῷ μῆτρᾳ πίστι  
 ἴδιωματα, ἀπινάκεισιν ὡς φόρος θρησκείας καὶ πη-  
 γαῖ πομπῶν τὴν μῆτραν ἴδιωματα αὐτῶν· καὶ διὰ  
 τούτων

Τότεν τὸ θεῖον ιδιωμένη λῆγο Θεὸς αἰδίως σὺν  
εαυτῷ, καὶ τοσὶ γένη μητρυγήναι τοῖς αὐτοῖς  
τοῖς κέρσομον, καὶ δύο τότεν εἴδη μητρυγητος τοῦ κέρ-  
σομον, καὶ δύο τότεν κυβερνᾶ αὐτόν. καὶ ταῦτα  
τὰ τεία ιδιώματα ὄντα μάζη μηνίν βρέφεις παρα-  
στασισ· καὶ μίσθι αὐτὰ τὰ τία ιδιώματα γέμε-  
είζονται μίαν καὶ ἀπλαγάτην ψοίαν τὸ Θεῖον,  
καὶ τοῦτο δέ τι Θεὸς, καὶ μετὰ τοῦ ιδιωμένη τότε-  
ν, καὶ εἰς Θεὸς, καὶ σόκον εἰσὶ βρέφεις Θεοί.

Πιτθόντοι, ὅποι καὶ τὸ φύσεως τὸ Θεῖον α-  
νατέλλονται Λόγος καὶ Πιθύμα, ὡς καθάποτον  
πιθέσις, φῶς καὶ θέρμη κατατάσθι πῦρ, καὶ εἰς  
μήδειαν διφωτίζομενον καὶ θερμαγνόμενον ὑπὲ-  
αυτοῖς, ὅμως αὐτὸν πῦρ αἰεὶ ἔχει φῶς καὶ θέρ-  
μην, καὶ σχέπτεται φῶς καὶ θέρμην. οὗτον καὶ  
ποσὶ τοῖς δημητρυγήναι τοῖς κέρσομον, ἥτις οὐ  
Λόγος καὶ Πιθύμα, σύεργηται τὸ Θεῖον φισική,  
ἐπειδὴ οὐ Θεὸς νέατην, ὡς πολεούρηται. καὶ ταῦ-  
τα τὰ τία, Νῆσι, Λόγος, καὶ Πιθύμα, εἰς Θεὸς  
δέντην, ὡς καθάποτε τῇ μάζῃ ψυχῇ τὸ αἷμα θρώπου

έτινες, καὶ λέγεις νοῦτος, καὶ τέλησις νοῦτη,  
 καὶ ὄμφας θεῖα πάτερ εἰσὶ μία φυχὴ κατ  
 θεῖας τῇ μήτερίᾳ. Πάλιν τὸν Λόγον τῷ Θεῷ  
 ὀνομάζομεν σοφίαν τῷ Θεῷ, καὶ διάδομην  
 καὶ γὸν αὐτῷ. διέπει οὖτε θύμητα τῆς φύσεως αὐτοῦ  
 τῷ. καὶ ὡς εἴρηται θύμητα τῆς φύσεως τῷ αὐτῷ  
 θρώπου, καλεούμενον τὸν αὐτὸν θρώπου, καὶ  
 ὡς εἴρηται θύμητα τῷ αὐτὸν θρώπου οὖτε θύμητα  
 τῆς φυχῆς αὐτῷ. οὕτω καὶ οὐτε τὸν θεῖαν αὐτὸν.  
 Πάλιν ὀνομάζομεν τὰς τέλης τῶν τέλησιν τῷ  
 Θεῷ, πνεύμα τῷ Θεῷ καὶ ἀγάπην. αὐτὸν  
 δὲ τὸν νοῦν, καλεούμενον τὸν πατέρα. διέπει αὐτὸς  
 οὖτε θύμητος καὶ αἴσθητος, αἴσθητος δὲ τῷ γόνῳ  
 καὶ τῷ πνεύματος. οὐτοῦν οὐ Θεὸς καὶ νοῦς μόνον πάτερ οὐταί αὐτῷ, διὰ τὸ μᾶλλον νοῦς καὶ  
 γνῶσις ἐαυτὸν, καὶ διὰ τὸ τέλος ἔχει λέγειν καὶ  
 σοφίαν, διῆστις νοῦς ἐαυτὸν ιδίως. οὐμοίως δέ  
 τέλει καὶ ἀγάπη μόνον πάτερ ποιήμεται αὐτῷ οὐ  
 Θεὸς, διὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἀγάπη ἐαυτὸν πολλῷ  
 μᾶλλον. διὰ τὸ αἰδίως πατερέρχονται  
 τῷ Θεῷ

τὸν Θεόν· Λόγος καὶ Πνύμα ἐστιν, καὶ αἰδίως  
εἰσὶν τοῖς αὐτοῖς· καὶ τῶν πάντων μὲν τὸν Θεόν  
εἰς δὲ τὸν Θεόν.

Πιγμέοιδην, ὃν Θεός οὐχὶ τὸν λόγον τὸν  
σοφίας καὶ τὸν δικαίου εἰς τὸν θεργυπούσε  
τὸν κέφαλον, καὶ οὐχὶ τὸν πνύματος τῆς αἰγα-  
θῆς δεληπτεως εἰς τὸν αὐτόν τον φυστικὸν καὶ  
κιβερνᾶν καὶ κινδυνεύειν τὸν φύσιν σὺν τῷ κρό-  
νῳ τοῦ περιπτετεροῦ, καὶ τὸν τάξιν ἐκτίνειν  
φύσεως· καὶ οὐχὶ τὸν πιγμέοιδην, ὅτι, ὅτε οὐ-  
δεληπτενός Θεός οὐχὶ μόνιμον τὸν εἰλεπμοστείων  
εἰς τὸν πιερέντα τὸν αἰθρώποις ψήπο τῆς  
πλαιντὴν δαμόνον, καὶ τῆς εἰδωλολαζ-  
ρείας· (δέποτε πλινθὸν τὸν οἰλίγου τόπουν τὸν Ιγ-  
δαίων, τὸν δὲ περιπτετεροῦ τὸν θεργυπούσον εἰς  
Θεός σὺν τῷ νόμου τὸν Μωϋσέως, οὐδὲ τὸν πα-  
σαοικηνόντες οὐδὲ τὸν πακτύοντα τὸν Θεόν  
κακῶν, καὶ πολλὰς θεοὺς τὸν μὴ ὄντας, αὐτὸν τὸν  
ἐνος καὶ αληθινόν· καὶ ἐπολιτεύοντα τὸν τοῦ  
ιδίου εἰκενός πιερέντα, καὶ κατέπινα Θεόν

νόμον) τότε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ ποιῆσαι αὐτὸν  
 ηλασιν τῷ αὐθρώπων δέξει τὸ Λόγον καὶ δέξει  
 τὸν Αγίον Πνεύματος αὐτόν· καὶ δέξει τὸν Λό-  
 γον τὸν Θεὸν σκεδύην τὸν αὐθεφροπίαν φύσιν,  
 ἵνα ως μὲν αὐθεφροπος ὅμιλος αὐθεφρώποις,  
 ως δέ τὸν Λόγον τὸν Θεὸν καὶ σοφίαν, διδάξῃ τὸν αὐ-  
 θεφρώποις παῖδεis τὸν ἔνα καὶ δύνατὸν Θεόν,  
 καὶ πολιτεύεατο τὸν νόμον, ὃν αὐτὸς ἐδώ-  
 κεν· καὶ πάλιν ως μὲν αὐθεφροπος, ἵνα δῶτη  
 πολιτείαν αὐτόν τοῦ σχέδιομα τὸ διδάσκα-  
 λίας αὐτόν· τοῦθεν γὰρ αὐτὸς ἐτίρησεν τὸν νό-  
 μον, ὃν ἐδώκεν τοῖς αὐθεφρώποις· ως δέ τὸν Λόγον τὸν  
 Θεὸν καὶ δικάμην δικαΐην καθορθῶσαν τὸ  
 παγκόσμιον ἀγαθὸν, ὃντος εἰσάγεται. Διόπιν  
 ἀδικάσαιν, ἐνὸς αὐθεφρώπου δικάμην ὄπι-  
 τρέψαγτιν οἰκουμένην τοῦτον Θεόν· καὶ  
 τῶς δέξι μὲν τὸν Λόγον ἐστήρετον αὐτῷ  
 ὁ πατρὸς δικάμηνος καὶ αὐτοῖς Θεὸς σὺν Ιερό-  
 σαλήμ, δέξει τὸν Πνεύματος αὐτόν ἐφωτισθεί-  
 σιν χρυσέτος δόπονόλαβεν αὐτόν, ἵνα ποιήσωσιν  
 αὐτῷ

αὐτοῖς ἀλλήλαι εἰς πομπὰ τὸν κόσμον, καὶ  
ἴα καταφεύγοντες τῷ Ιανάτῳ, οὐχὶ τοὺς  
ἄγαπους τῷ πέμψασί αὐτοῖς Θεῷ, καὶ οὐχὶ<sup>τοὺς</sup>  
τοὺς ἀγαπῶντας σωτηρίας τῷ κόσμῳ καὶ τῷ  
τοῦ θεόδημα. Ινοῦν, ὅστις ἐκεῖσιν ἀπέθα-  
νεκτὸς αὐτῷ θράπτων, ταῦτα τῷ σωθῆναι τὸ  
κόσμον. Στῶ πιστόντος ἡμῶν τὸν ἥρα Θεὸν  
εἰς τελεῖον, πατέρες, γόνους, καὶ πνεῦμα ἄγιον.  
καθὼς ἐδίδαξεν ὁ Κύριος ἡμῖν. Ινοῦν. καὶ  
οἵτινες πιστόντος, πιστόντος, ὅτι οὗτοὶ οὐ αὐτὸ-  
ιούντες. καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῶν στῶ πλατύ-  
περνήματις ἐδίδαξαν. Στῶ νοῦθμον καὶ δότος  
διάμενως τῆς σοφίας.

Πιστόντος, ὅτι ὁ Λόγος τῷ Θεῷ, καὶ  
αὐτῷ δεσπόζοντος, οὐν σκέδεται ὁ Λόγος τῷ Θεῷ, εἰ-  
σιν ὁ Χειρός καὶ ἡ μήτρ ἡ ζωὴ τῷ Χειροῦ σὺ τῇ  
Φροντὶ αὐτῶν, εἰς ζωὴν αὐτῷ θράπους πατερεργίας.  
ἡ διάμαντος σοφίας καὶ τῷ έργῳ αὐτῶν,  
εἰς Θεὸν διάμαντος.

Πιστόντος, ὅτι οὐταρτή η τυχὴ τὸ σῶμα

τῇ αὐτρώπου γῆς εἰς αὐτόφερπος. ὅτις  
 λόγος τῷ Θεῷ αὐτῷ ἐνὸς μέρεις, καὶ αὐτὸς ἀλ-  
 λευ μέρεις ή τυχὴ καὶ σῶμα, εἰσὶν παθήτο-  
 πεδύο φύσεις μεμετομέναι τελείως ἀνέλ-  
 αυτρώπῳ. ὅπως καὶ οὐδὲφότης καὶ θεότης  
 εἰσὶν ἀντὶ των Χειτῶν μεμετομέναι τῇ φύσει  
 τελείως, καθὼς πάσασιν μόνον καὶ περισσο-  
 πικοῖς οὐωριδίαις. καὶ ὅτε ὁ λόγος τῷ Θεῷ  
 μετεβλήθη εἰς τὸ σάρκα ή τὸ τυχλίνη τὸ Χει-  
 τοῦ, ὅτε η Κρίτη τῷ Χειτοῦ, ή τὸ τυχλίνην  
 μετεβάπτη εἰς λόγον Θεῷ. ἀλλὰ οὐ καὶ ἔστιν  
 ἀντὶ Χειτῶν μητὸν τὸ περιτταύματον οἰκενο-  
 μίαν ὄχειν, οὐδὲ τῷ Θεῷ λόγος, λόγος  
 Θεῷ. ή τὸ αὐτόφερπος, αὐτόφερπος καὶ σπί-  
 τος περισσέλαβεν ή αὐτόφερπος τὸ λόγον τῷ  
 Χειτοῦ τὸ θεότητα, ἀλλὰ η θεότητα τὸ λόγον  
 τὸ Θεῷ περισσέλαβε τὸ αὐτόφερπειαν φύσιν,  
 ἀλλαττὸν δὲ περισσέλατηφθεῖα συστάσιν. Πάν-  
 οι περιττοὶ ἀντὶ Θεῷ, καὶ ὄχη τὸ Θεῷ φυσικῆς,  
 Θεὸς οὐτοί, διέποντες οὐκέτι ἀντὶ Θεῷ συμβε-  
 βούσιν.

Επίκος· καὶ Δῆμος τῷτο τὸν οὐτὸν λέγειν τῷ Θεῷ,  
Θεὸν ὄνομά ξοῦν καὶ πιστόν οὐδὲν· καὶ μέρη  
οὗτοι λέγειν τῷ Θεῷ εἰς τὸν τὰς Χειτῶν, εἴτε  
τῷτο τὸν Χειτῶν Θεὸν καὶ αὐθρωπον ομολογεῖν  
οὐδὲν, αὐτὸν δρωπον οὐδὲν εἴτε τὸν ψυχὴν καὶ τὸ σῶ-  
μα, Θεὸν τούτῳ Δῆμος τὸν αὐτὸν λέγειν τῷ Θεῷ.

Πιστόν οὖτις οὐ λέγειν τῷ Θεῷ εἴτε τὸ  
τὸν Χειτῶν, καὶ τὸν τὰς κέρδην, καὶ τὸν τὸν θεα-  
τῶν, καὶ τὸν τὸν Θεῶν, καὶ τὸν τὸν πατέρες· μέρη οὐ  
λέγειν τῷ Θεῷ εἴτε τὸν αὐτόν, καὶ τὸν τὸν Θεός ε-  
στιν αὐτόν, αὐτὸν τὸν τὸν Θεόν, καὶ α-  
πόφεον διώδημαν εἶχε, πλινθεὶς δὲ Θεῷ καὶ  
διῆστος Σέπον, καὶ τὸν τὸν Χειτῶν κατέδιῆστο,  
καὶ τὸν τὰς κέρδην κατέδιῆστο.

Πιστόν οὖτις οὐ λέγειν τῷ Θεῷ κεινῶν τῆς  
ἀγαθότητος αὐτοῦ καὶ τὸν χάρειον κίνημα πίπη,  
δέδαμος ζημιῶται, ἀλλὰ μᾶλλον μεγαλύ-  
νετο· διόπι τὸν τὸν θρετῆς τὸν κίνημα τὸν ψήφος  
τῷ Θεῷ φανερεύειν· καὶ δοσι μᾶλλον βελ-  
λιγταῖς κίνημα τῇ πλάνῃ κεινῶντας ἀγα-

δότης αὐτῷ, ποσοῦ τον πλέον ἢ ἀγαθότης  
Θεός, καὶ ἡ ἀγάπη εἰς τὸν αὐτὸν πρόποντας, καὶ ἡ  
δικαιαμηνία δείκνυται). Οὐχὶ τοῦτο ἡ ἀγαθότης τῷ  
Θεῷ καὶ ἡ ἀγάπη εἰς τὸν αὐτὸν πρόποντας πλέον  
ἐμεγαλιώθη, σκέψῃ τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν Θεὸν μὲν  
πάσους αὐτῷ δικαιαμένως εἰς τὸν Ἰησοῦν, ἥπερ  
ἐπειρπεν εἰς τὸν πατερόφριτας αὐτῷ μίαν χά-  
ριν ἢ δύο, καὶ εἰς αὐτὸν μὲν πατερόφριτην ἐλέγ-  
θεντα, εἰς αὐτὸν δὲ μείζονα.

Πιστὸν δέ, ὅπερ Χειρὸς ἐξαντρώθη καὶ  
πειθανεν οἰκείῳ τελείμαντι, οὐχὶ πολλας καὶ με-  
γάλας ὀφελείας, δεομδύας πολλῶν λόγων,  
καὶ πολύτα ταῦτα τῷ Θεῷ πρόπτινον αὐτῷ κα-  
τεδέξατο. οὕτως Λόγος τῷ Θεῷ γέτε γαρ εἴ-  
πει, γέτε διπολύτοις, γέτε αἵμασι), διλαμβάνει  
λον αἵματον αὐτοὺς τὸν νεκρὸν, ὡς προτελεῖται  
εἰσεκάψει τὸν Κέρκανον ἐφόρησεν.

Πιστὸν δέ, ὅπερ Χειρὸς αἰασάς αἰελή-  
φριτεῖς τὸν πατερόφριταν, καὶ πάλιν μέλλει ἐρχεσθαι  
μὲν δόξην, ἵνα κείνη τὸν κέρκον.

Πιστὸν

Πιτόνομον, ὅτι αἱ Φυχαὶ τὸν θρόνον  
εἰσὶν ἀδάνατοι, καὶ ὅτι τὰ σώματα τῶν ἀγίων  
αἴσθησον) ἀφθάρτα, φαῖνα, ἐλαφρὰ, μή-  
τε φῶς χρήζοιται, μήτε πόσεως, μήτε στη-  
δύματος, μήτε δῆμος τὸν σωματικὸν ἕδο-  
ντος· καὶ ὅτι αἱ Φυχαὶ καὶ τὰ σώματα τοῦ καλῶς  
πιτόνομων, καὶ καλῶς πεπολιθωμένων,  
ἀπελθοσιν) εἰσὶ τῷ φύσει δοῦνται τοῦ ἀμετα-  
νούσιτον, πονηρῶν, καὶ ἀπίστων, εἰσὶ τῷ κράτουσιν.  
καὶ οὐδὲν τῷ φύσει δοῦνται τῷ αγίων καὶ ἀπόλαυ-  
σις δέσποτος τοῦ πατρὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲν τῷ πονη-  
ρῶν τοῦ γῆς. καὶ οὐδὲν τῷ απόλαυσις τῷ αγίων φύ-  
σει ἔτερόν δέσποτος, εἰ μὴ ὅτι τελεφωνή(εν) αἱ τοι-  
αῦται Φυχαὶ εἰσὶ γνῶσιν, καὶ τότε θεωρήσο-  
ται μυητεραὶ Θεῶν, ἀναῦται γνώσκεισιν,  
εἰ μὴ διὰ πίστεως μόνης.

Διὰ τοῦτο τὸν αἰαγκάρον Κρητικὸν τὸν  
Λόγον τὸν Θεόν καὶ Θεὸν, εἰσὶν αἰαγκάροι καὶ  
πολλοὶ λόγοι· καὶ ὅταν ἡ χρεία, ἐσθίμετοι μόνοι  
δοιῶνται αἵτες. Επέκδυται δὲ σκείνων τῷ λόγῳ

πληροφορεῦσιν ἡμᾶς τὸν ἀληθῆντος πί-  
στεως ἡμῖν τὰ ἐπὶ τὰ Ταῦτα.

Οὐ περιεφήτε οἱ περιφῆται τῷ  
Ιαδαίων, διότι τέργελθε ἡμῖν, τὸν Ιησοῦν, καὶ ὅστις  
ἐποίησε, καὶ ὁ Θεὸς ἦμόν τοι, καὶ ὅστις ἐποίησεν ὑπερεψη-  
οὶ μαθητὰς αὐτὸς τῇ δικαίῳ αὐτὸς· ὅμοιας  
περιεφήτε οἱ περιφῆται μαθηταῖς τῷ Ελλή-  
νισμῷ, συγχωρίσας Θεόν, καὶ οἱ αἱρονόμοι τὸ Περι-  
σῶν καὶ Ελλήνων καὶ Ταῦτα μὴ μὲν διφο-  
μίας τῷ Ιησού.

Οὐ πάμιγχα φάμε τὸ πίστεως ἡμῖν συμφω-  
ντον τὸν πᾶσι, διότι εἶχον οἱ γράμματες αὐ-  
τοὺς ἐνα διδάσκαλον, τὸν χάρεν τῷ Θεῷ. οἷς  
γένεμελεν ἐν τοις Διαφωνίαις.

Οὐτέ δέξαντο τοιαύτους τὸν πίστιν νέων  
ζώσαν καὶ τοῦτο δέξοντο οἱ αἱρετοί μὲν που-  
δῆς προτατζῆν, καὶ μετάκινδυνον πολλῶν  
καὶ τὸ μόνον ιδιῶταν, διλάσκοντο οἱ φρέσιμοι καὶ  
οἱ σοφοί· καὶ Διά τοῦτο κατελύθη τελείωση  
πλατί τῷ δαμόνων.

Οὐτόν

Οὐ πίστις αὕτη θεσμὸν ταῖς εἶχαι αἰδύνατον, ὃτε αἴσθητοι φωνοι, ὃτε σωματικὸν, ἀλλὰ πάλια πνευματικόν· καὶ ἐστιν ὅδος φέρουσα τὰς φυγὰς τὴν αἰδερίπτων εἰς τὸν αἰσθατὸν τὸν Θεόν καὶ τῆς μελλουσῆς αἰωνίου σώσης.

Οὐ δοῦσι ἐλαφον τάπτειν τὸν πίστιν, καὶ ἐπολιτεύσαντο σύναρτος, καὶ τὸν νόμον τὸν Χειροῦ, ἐλαφον μεγάλα γενείοματα σὺν τῷ Θεῷ, καὶ διωάμετος ἐποίησαν πολλας· ὁ τῷ οὐκ αἰτῶν, εἰς πίστιν αὕτην τὸν φύλακα.

Οὐ δοῦσα λέγοντοι πνεος καὶ τῆς πίστεως τάπτειν, δικέλωσι λύσαν διωάμετα, καὶ διλέγουσσι καθαρῶς.

Οὐ τῇ πίστῃ τάπτῃ ἐπολέμουσαν Διονύσιον πολλῶν πιμερεῶν καὶ φόνον οἱ βασιλεῖς τῆς οἰκουμένης, τότε πλείστοις χρόνος πολύτεοι οὗτες καὶ διωλεγέρας, καὶ θεσμὸν ἴχρουσαν ἀλλὰ σύνκρουν πίστιν, καὶ Διονύσιον μέγει τὸν, καὶ ἐλθὼν οἱ Κύρος βίροις αὐτῶν· καὶ εἰ μή

εἰν πίσις αὐτῷ σὺ θελήματος Θεοῦ, δόξει  
δη αὐτὸν τούτοις χάρισ. αὐτῷ ταῦτα Κυρίῳ ἡμῖν  
Ιησοῦ, Θεῷ διγόνῳ, δόξα. Αὕτω.

Ταῦτα λέγει μὴν ἡμεῖς τοσούτης πί-  
στεως ἡμῶν συντόμεσ.

Μετεβλωτήσθη δὲ εἰς τῷ Α-  
ρεΐβων γυλαῖσιν τῷ Α-  
χαιμάτῃ Καδμῇ Βερροε-  
ώς, τῷ πατέρᾳ τῷ Μάχου  
μετὰ τζελεπῆ τῷ αἰαγή-  
φέως.

S A P I

SAPIENTISSIMI ET  
HONORATISSIMI DOMINI

GENNADII SCHOLARI, PATRIARCHÆ  
Constantinopoleos, Nouæ Rome, Confessio dicta ade-  
recta & sincera fide Christianorum ad Agarenos.

Interrogatus enim ab Amera Sultan Meche-  
met, Quid creditis vos Christiani? re-  
spondit in hunc modum.

**C**REDIMVS, quod Deus est cōditor omnium  
quæcunq; sunt, ex nihilo, vt essent: & quod  
neq; corpus est, neq; corpus habet, sed viuit intel-  
ligibiliter: & est mens optima, & perfectissima,  
& sapientissima: incompositus est, carens prin-  
cipio, nec habens finem: est in mundo & supra  
mundum: non est in vlo loco, & est in omni lo-  
co. Haec sunt proprietates Dei, per quas separatur  
ab ipsis creaturis, & aliæ similes.

Est sapiens, & bonus, & verus, & quascunq;  
prestantias habent ipsius opera ex parte, ipse ha-  
bet solus, & excelsiore modo: atq; illas ipsas per-  
fectiones habet creature, quia ipse dat eas crea-  
turis suis: & quia bonus est, etiam ipsius creature  
bonæ sunt: quia sapiens, sapientes: quia verus, ve-  
re, & quæcunq; similiter: nisi quod Deus princi-  
pe loco habet ea, creature per participationem.

Crēdimus, quod in Deo sunt aliæ proprieta-  
tes, quæ sunt quemadmodum principia & fon-  
tes omnium aliarum proprietatum ipsius: & per

has tres proprietates viuit Deus sempiternè in seipso, & antequam ab ipso conderetur mundus, & per ipsas condidit mundum, & per ipsas gubernat eum. Atq; has tres proprietates appellamus tres hypostases: & quia hæ tres proprietates non diuidunt vnam & simplicissimam substantiam Dei, propterea est Deus & cum proprietatis his, & unus Deus, & non sunt tres Dij.

Credimus, quod ex natura Dei oriuntur verbum & Spiritus, quemadmodum ab igni lumen & calor: & quemadmodum ignis etiam si non sit, quod illustretur & calefiat ab ipso, tamē ipse ignis semper haber lumen & calorem, & emitit lumen & calorem: sic & antequam condetur mundus, erant verbum & spiritus, efficiates Dei naturales, quoniam Deus mens est ut antè dictum fuit. atq; hæc tria, mens, verbum, & spiritus, unus est Deus, quemadmodum in una anima hominis est mens, & verbum intelligibile, & voluntas intelligibilis; & tamen hæc tria reuera secundum substantiam vna sunt anima. Præterea verbum Dei nominamus sapientiam Dei, & potentiam, & filium eius, quia est sibi solles naturæ eius. & quemadmodum sibi solle naturæ hominis, nominamus filium hominis, & quemadmodum cogitatio hominis, est sibi solle animæ eius: ita etiam in diuinis hisce. Præterea nominamus voluntatem Dei, spiritum Dei, & dilectionem: ipsam vero mentem nominamus patrem: quia ipse est ingenitus & causa expersa, causa

causa verò filij & spiritus. Quia igitur Deus non intelligit tantum creaturas suas, sed magis inteligit & nouit seipsum, & propterea habet verbum & sapientiam, per quam intelligit seipsum propriè: similiter neq; vult & diligit tantum opera sua Deus, sed vult & diligit seipsum multo magis: ideo sempiternè progrediuntur ex Deo verbum & Spiritus ipsius, & sempiternè sunt in ipso: atq; hæc duo cum Deo unus sunt Deus.

Credimus, quod Deus per verbum sapientiæ & potentiarum suarum condidit mundum, & per spiritum bonarum voluntatis suarum & dilectionis præuidet, & gubernat, & mouet omnem naturam in mundo ad bonum, secundum ordinem cuiusque naturæ: & propter hoc credimus, quod quando voluit Deus per solam misericordiam suam convertere homines à deceptione dæmonum & cultu idolorum: (quoniam, præterquam in exiguo loco Iudeorum, in quo adorabatur & credebat unus Deus ex lege Mosis, reliquus vniuersus terrarum orbis venerabatur creaturas male, & multos Deos, qui tamen nulli sunt, loco unius & veri, & vita degebant secundum proprias quisque cupiditates, & non secundum Dei legem) tunc fecit Deus huiusmodi instaurationem hominum per verbum, & per sanctum Spiritum suum: & propterea verbum Dei induit humanam naturam, ut tanquam homo cum hominibus versetur, tanquam verò verbum Dei & sapientia doceret homines credere in unum & verum Deum,

& vitam instituere secundum legem, quam ipse dedit: atq; iterum vt homo, vt daret suæ vita rationem, exemplum doctrinæ suæ; primus enim ipse seruauit legem, quam dedit hominibus: Iesus vt verbum Dei & potentia, possit instaurare pulcherrimum bonum, quod vellet. siquidem fieri non poterat, vt vnius hominis potentia orbis terrarum conuerteretur ad Deum: atq; ita per verbum seminavit veritatem omnipotens & inuisibilis Deus in Hierusalem; per Spiritum autem suum illustravit & confirmavit Apostolos suos, vt sererent ipsi veritatem in vniuersum mundum, & vt contemnerent mortem per dilectionem Dei, qui ipsos miserat, & per dilectionem salutis mundi secundum exemplum Iesu, qui vltro mortuus est, secundū id quod humum erat, vt seruaretur mundus. Sic credimus vnum Deum in trinitate, patrem, filium, & spiritum sanctum, quemadmodum nos docuit Dominus noster Iesus. Et siquidem est verus, credimus, quod est & ipsa veritas. atq; discipuli eius ita largius nos docuerunt: ita intelligimus & à potentia sapientiae.

Credimus, quod verbum Dei & homo, quem induit verbum Dei, est Christus: & quod vita Christi in carne ipsius erat vita hominis sanctissimi, sed sapientia potentiae & operum eius, erat Dei potentia.

Credimus, quod quemadmodum anima & corpus est unus homo, ita verbum Dei ab una parte,

parte, & ab alia parte anima & corpus, sunt semper diu naturæ distinctæ perfectè in uno homine. sic & humanitas & deitas sunt in Christo distinctæ natura perfectè, secundum hypostasis tantum & personaliter unitæ. & neque verbum Dei mutatum est in carnem aut animam Christi, neque caro Christi aut anima eius conuersa in verbum Dei: sed erat & est in Christo post mirificissimam dispensationem illam, Dei verbum, verbum Dei; humanitas, humanitas: & quod non accepit humanitas verbi Christi deitatem, sed deitas verbi Dei assumpsit humanam naturam, quæ consistit in eo quod assumpta est. Quodcunq; est in Deo naturaliter, Deus est, quia non est in Deo accidentis: ac propterea intelligibile verbum Dei, Deum nominamus & credimus: & quia hoc verbum Dei erat in Christo, propterea Christum, Deum & hominem confitemur: hominem propter animam & corpus, Deum propter verbum, quod in ipso est, Dei.

Credimus, quod verbum Dei est in Christo, & in mundo, & in cœlo, & in Deo, & in patre: idcirco verbum Dei est infinitum, quemadmodum & Deus est infinitus, generans ipsum, hoc est, cogitans, & infinitam potentiam habet: verum in Deo secundum aliud modū, & in Christo secundum aliud, & in mundo secundum aliud.

Credimus, quod cum Deus communicat bo-

nitatem suam & gratiam creaturæ alicui; ne  
quaquam ipsi decedit, sed magis magnificatur:  
quoniam ex virtute creaturarum excelsitas Dei  
manifestatur: & quanto præstantior efficitur  
creatura, maiore communicatione bonitatis i-  
psius, tanto magis bonitas Dei & dilectio erga  
homines, & potentia ostenditur. Quapropter  
bonitas Dei & dilectio erga homines magis ma-  
gnificata est ex eo, quod ipse Deus cum omni-  
potentia sua in Iesum Christū venit, quā in quod  
misit in Prophetas vnam suam gratiā aut duas,  
atque in alium Prophetam minorem, in alium  
maiores.

Credimus, quod Christus crucifixus & mor-  
tius est propria voluntate, propter multas &  
magnas utilitates, ad quas explicadas multis ver-  
bis opus foret: atq; omnia hæc secundum id,  
quod humanum in eo erat, sustinuit. Namq; ver-  
bum Dei neq; crucifigitur, neq; moritur, neq;  
resurgit: quin imò excitat ipsos mortuos, quem-  
admodum & excitauit carnem quam gestabat.

Credimus, quod Christus, cùm resurrexisset,  
assumptus fuit in cœlos, & iterū venturus cum  
gloria, vt iudicet mundum.

Credimus, quod animæ hominum sunt im-  
mortales, & quod corpora sanctorum resurgent  
incorruptibilia, lucida, agilia, neq; cibi indiga,  
neq; potus, neq; vestimenti, neq; aliis cuiuspiā  
corporæ voluptatis: & quod animæ atq; cor-  
poræ eorum qui bene crediderunt, & bene vi-  
tam ege-

tam egerunt, migrabunt in paradisum: impoenientium verò, improborum, & infidelium in supplicium: & quod paradisus sanctorum & fruitio est in cælo, supplicium verò improborum in terra: & quod fruitio sanctorum nihil aliud est, quam quod perficiuntur eiusmodi animæ ad cognitionem, & tunc contemplabuntur mysteria Dei, quæ nunc non agnoscunt, nisi per fidem solam.

Quamobrem autem necesse erat verbū Dei & Deum incarnari, sunt necessariæ & multæ rationes, & cum erit necesse, parati sumus eas redere. Post verò illas rationes, certificant nos de veritate fidei nostræ hæc septem.

Quia prædixerunt Prophetæ Iudæorū, quos nos acceptamus, Iesum, & quæcumq; fecit, & quæcumq; facta sunt, & quæcumq; fecerunt deinceps discipuli eius ipsius potentia: similiter prædixerunt & oracula Græcorum concessionē Dei, & astronomi Persarum & Græcorum: idq; cum prædicatione Iesu.

Quia scripturæ fidei nostræ consonant in omnibus, quod qui ea scripsérunt, habuerunt unum doctorem, gratiam Dei. Hoc enim nisi esset, in aliquibus dissonarent.

Quia acceptauerunt talēm fidē, licet nouam & admirabilem, homines magno studio ubiq; gentiū, cumq; multis periculis: neq; solum priuati, sed etiā prudentes & sapientes: ac propter ea euersa est perfectè deceptio dæmonum.

Quia fides hæc nihil cōtinet impossibile, neq;

minus sibi inter se congruum , neq; corporale,  
sed omnia spiritualia: & est via dicens animas  
hominum in dilectionem Dei , & futurae ater-  
nae vitae.

Quia quotquot acceptarunt hanc fidem , &  
vitam egerunt cum virtute secundum legē Chri-  
sti , acceperunt magna dona à Deo , & virtutes  
fecerunt multas : quod non euenisset , si hæc fi-  
des esset falsa .

Quia quæcunq; dicunt aliqui aduersus fidem  
hanc , facile soluere possumus , & cum bona ra-  
tione , & liquido .

Quia cum fide hac bellum gesserunt multis  
supplicijs & cædibus reges orbis terrarū quam-  
plurima secula , qui multos Deos habebant , neq;  
quidquam profecerunt , sed vicit fides & manet  
in hodiernum diem , & ubi venerit Dominus ,  
inueniet ipsam : & nisi esset fides hæc de volun-  
tate Dei , euersa tum fuisset facile . Ipsi Domino  
nostro Iesu , Deo vero , gloria . Amen .

Hæc nos de fide nostra breuiter  
asseueramus .

*Translata autem hæc ipsa fuerunt  
in Arabum linguam ab Achor-  
mat Kadde Berrhæensi , natopä  
tre Machumet , Tzelepe scriba .*

CON-

199

# CONFESSIO FIDEI ÆTHIOPVM.

V M Æthiopicarum ecclesiaturum in Africa, sub imperio potentissimi monarcæ Presbyteri Iohannis, ut vulgo eum nominamus, mentio in superiori oratione facta sit: adscribâ partem Confessionis fidei & religionis Æthiopum, quam legatus Dauidis Æthiopiae Imperatoris, ad Iohannem III. Portugalliae regem (Sebastiani, quem abhinc biennio Rex Fesæ in Africa cum exercitu cecidit, auum) missus; Christophorus Licanati, patro idiomate Zaga Zabo, gratia patris, appellatus, anno 1534, Lysbonæ in Portugallia, scripto complexus est. ex quo capita principua excerpti.

Confessio illa fidei Æthiopum integra, vna cum epistolis aliquot Presbyteri Iohannis ad Romanum Pontificem, & Emanuelem Portugalliae regem datis, per Damianum à Goës edita, & Coloniae apud Geruinum Calenium anno 1574 expressa est hoc titulo, *Derebus Oceanicis & Novo orbe Decades tres Petri Martyris Mediolanensis. Eiusdem de Babylonica legatione libri III. & de rebus Æthiopicis, Indicis, Lusitanicis, Hispanicis opuscula quædam historica doctissima, quæ hodie non facile alibi reperiuntur, Damiani à Goës, equitis Lusitani. Eum librum, qui vberiora de his rebus cognoscere cupient, sibi comparare poterunt.*

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI AMEN.

**R**EDIMVS in nomen sanctæ Trinitatis, Patrem Filium & Spiritum sanctū, qui vñus est Dominus : tria quidem nomina, vna diuinitas: tres facies, vna verò similitudo: æqualis trium personarum coniunctio, æqualis, inquam, in diuinitate: vnum regnum, vnuſ thronus, vnuſ iudex, vna charitas, vnum verbum, & vnuſ spiritus. Verbum autem patris & filij, verbum spiritus sancti, & filius est idem verbum, & verbum apud Deū, & apud spiritum sanctum, & apud semetipsum, sine defectu ullo, aut diuisione, filius patris & filius ipsius patris sine principio, nempe primo sine matre filius patris. Nemo enim nouit secretum & mysterium eius nativitatis, nisi pater, & filius, & spiritus sanctus. Is autem filius in principio erat verbum, & verbū erat verbum apud Deum, & Deus erat verbum. Spiritus patris, spiritus sanctus, spiritus filij, spiritus sanctus est. Spiritus autē sanctus, spiritus sui, sine vlla diminutione, aut augmentatione. is etenim spiritus sanctus paracletus, DEVS viuus, qui ex patre & filio procedit, locutus est per os Prophetarum, & in flamma ignis descendit super Apostolos in atrium Sion. Qui per totum terrarum orbem

bem denunciarunt ac prædicarunt verbum patris, quod verbum erat ipse filius. Præterea neq; pater est primus inde, quòd pater sit, nec filius postremus inde, quòd filius sit: sic spiritus sanctus neq; prius, neq; postremus est. Tres personæ vnu Deus, qui videt & à nemine videtur, qui vnico suo consilio cuncta creauit. Postea vero filius sponte propter nostram salutem, ipso patre volente, spiritu sancto consentiente, ex altissimo suo domicilio descendit, & incarnatus est de spiritu sancto, ex Maria virgine, quæ Maria dupli ornabatur virginitate, vna spirituali, altera vero carnali. Et natus est sine aliqua corruptione, ipsa Maria matre post partum virgine permanente, & magno cum miraculo & arcane igne diuinitatis afflata, sine sanguine & doloribus peperit filium suum Iesum Christum, qui homo innocens & sine peccato fuit, & perfectus Deus & perfectus homo, vnum solummodo habens adspectum. Adoleuit sensim ut infans, sugens lac Mariæ virginis matris suæ: & cùm attigisset tricesimum annum, baptizatus in Iordanæ, &c.

Et in memoriam baptismi Christi singulis annis omnes in Epiphanijs Domini baptizamur. id quidem facimus, non quòd ad salutem spectare credimus, sed propter feruatoris nostri laudem ac gloriam. Neq; vberius atq; refertius spectaculis & ceremonijs ullum aliud festum celebramus, quoniam in hoc die primo manife-

stè apparuit sanctissima Trinitas, cùm Dominus noster Iesus Christus baptizaretur in flumine Iordan: cùm spiritus sanctus in specie columbæ super caput eius descenderit: & vox de cœlis dixerit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Qui spiritus sanctus apparens in specie albæ columbæ, cum facie & figura patris & filij appartuit in una diuinitate. Pariq; modo Christus visus est à sanctis Prophetis per multas similitudines & formas: Primū in specie arietis albi, propter salutem Isaac filij Abrahæ, &c.

Et post aliquot paginas. Præterea sciendum, apud nos confirmationem & Chrisma, siue externam olei unctionem, pro sacramento nō haberi, nec in visu esse, vt video hīc ex Romanæ ecclesiæ consuetudine fieri.

Nec Patriarcha, nec Episcopi nostri, per se aut in concilijs putant aut opinantur ullas leges se condere posse, quibus ad mortale peccatum obligari quis possit.

In ipsis etiam Synodorum libris constitutum à sanctis Apostolis est, oportere nos confiteri, atq; quam pœnitentiā pro magnitudine singulorum peccatorum à confessore accipere debemus. Instruunt quoq; nos, quomodo orandum & ieunandum sit, & charitas exercēdā. Præterea hoc familiarissimè utimur, quod statim ad presides confessoris, cùm peccatum commissum est, accurriimus. & hoc faciunt omnes tam masculi, quam feminæ, cuiuscunq; conditionis sint.

Et

Et quotiescumq; confitemur, assumimus corpus Domini, & id quidem sub vtraq; specie, in pane azymo triticeo. Quod si singulis diebus confitemur, singulis quoq; diebus accipimus venerabile sacramentum, & id tam apud clericos, quam apud laicos in usu est.

Et sacramentum Eucharistiae non seruatur apud nos in templis, ut fit hic apud Europeos.

Nec agroti corpus Dominicum accipiunt, nisi dum conualuerint. id sit, quoniam omnes tam laici quam clerci consueuerunt illud ad minus bis in hebdomade accipere, & omnes idem volentes facere templum accedunt: quippe nemini datur nisi in ipso templo: nec id conceditur Patriarchae, nec ipsi Precioso Iohanni.

Vtimur etiam semper uno confessore, nec alicui accipimus, nisi eo absente: quo reuerso, ad ipsum redimus. Et confessores, omnium peccatorum dant nobis ex ecclesiæ potestate absolutionem, nullo casu Episcopis aut Patriarchæ reseruato, quamuis grauissimo. Ulterius presbyteri non possunt audire confessionem eius cui confitentur.

Præterea presbyteri & monachi & omnes Ecclesiæ ministri, apud nos suo labore viuunt. Quippe ecclesia nullas habet decimas, nec accipit, habet tamen prouentus & agros, quos ipsi clerci & monachi fodiunt, aut sua aut aliena opera colunt, & nullas alias habent eleemosynas, præter eas quæ gratis in templis offeruntur

in exequijs mortuorum & alijs pijs rebus.

Nec eis licet vicatim mendicare, nec à plebe aliquid eleemosynatum extorquere.

Item in nostris templis singulis diebus vntantum celebratur Missa, quam sacrificij loco habemus, nec plures ex veteri instituto celebra-re licet, pro qua quidem Missa, nullum precium aut mercedem accipimus,

In quo ministerio sacramentum Eucharistie non ostenditur, vt hic video fieri.

Inibiq; omnes Sacerdotes, diaconi, subdiaconi, & templum accedentes, corpus Domini accipiunt,

Et nullam pro remissione animarū facimus Missam. sed mortui cum crucibus & orationibus sepeliuntur in certo loco : super quos mortuos, precipue inter alias orationes, initium Euangelij Iohannis dicimus, & sequente die à sepulto mortuo eleemosynas offerimus. id etiam postea facimus certis diebus, in quibus omnibus epulis funebribus indulgemus.

De animarum propagatione, omnes sine ulla hæsitatione in hac sententia versamur, omnium hominum animas ab Adam profluxisse, & vt caro nostra est ex seminio carnis Adæ; ita quoque anima nostra, quasi lucerna in anima Adæ accensa, originem suam & naturam ex Adam trahit. Ex quo apparet, nos omnes semen esse Adæ ex carne & anima, &c.

Præterea constitutum est à sanctis Apostolis in Syno-

in Synodorum libris, Clericis vxores licere du-  
cere, id quidem postquam cognitione aliquam  
habuerint rerum diuinarum. Deinde initio ma-  
trimonio, in ordinem presbyterorum recipiun-  
tur: in quem nisi post annū trigesimum nemo  
recipitur, nec spurijs, nec nothi aliqua ratione ad  
eundem sacratissimum ordinem intromittun-  
tur, qui ordines à nemine, nisi ab ipso patriarcha  
dantur. Mortua tamenē prima vxore episcopi aut  
clericī aliā ducere nō possunt, nisi patriarcha ad  
id dispensauerit (quod aliquādo indulgetur ma-  
gnis propter publicum bonum) nec habe-  
re concubinam, nisi se voluerint à sanctis abdicare.  
Quod si fecerint, res diuinā amplius tractare non possunt. Et hoc tam strictè seruatur, ut iij  
presbyteri, qui secundò vxorem duxerint, ne  
candelam quidem ynam ecclesiæ cōsecretam in  
manū audeant accipere. Quod si inuentum  
fuerit, episcopum aut clericum filium spuriū  
habere, ab omnibus beneficiis, à sacris ordinib.  
abdicatur, quorum bona, si sine legitima prole  
discedant, ad Preciosum Iohannem, & non ad  
Patriarcham, veniunt. Et id, quod Presbyteria a-  
pud nos vxores possideāt, ex Paulo accepimus,  
qui mauult clericū & laicum nubere, quam  
vix. Is quoque inquit, oportere Episcopum vi-  
rum vnius vxoris esse, & irreprehensibilem, so-  
brium; parique modo vult esse diaconos. Atq;  
etiam, ut Ecclesiastici perinde atque seculares,  
proprias vxores ex legitimo matrimonio ha-

beant. Monachi tamen vxores non ducunt. Et tam laici quam clerici vnam tantum possident vxorem, & matrimonium non contrahitur pro foribus sacræ ædis, sed in priuatis domibus paranymphorum. Ex sanctorum Apostolorum constitutione habemus, vt si sacerdos fuerit comprehensus in adulterio, homicidio, latrociniio, vel falsum testimonium tulerit, vt à sacris ordinibus destituatur, ac, vt cæteri malefici, puniatur, &c.

De statu P A T R I A R C H Æ ac Imperatoris nostri primum sciendum, solenni ritu Patriarcham nostrum ab Hierosolymitanis Monachis nostris, qui ibi ad sepulchrum Domini habitant, suffragiis creari: idq; hoc modo. Vita defuncto Patriarcha, statim Imperator noster Preciosus Iohannes nuncium aliquem expeditum mittit Hierosolymam ad Monachos ibidem agentes, ut dictum est: qui nuncio accepto ac muneribus, quæ Imperator dominus noster ad sanctum sepulcrum dono mittit: continuò alium Patriarcham suffragiis plurium eligunt. Sed fas nō est, alium, quam Alexandrinum, eligere, ac moribus incorruptum. Quo creato, suffragia sua ob signant, eaq; legato, qui ad id venit, in manibus tradunt. Is statim Cairum contendit. quod vbi ventum est, Patriarchæ Alexandrino, qui ibi semper sedes habet, creationem illam legendam porrigit. Cognito autem, quem ex Alexandrinis delegerunt, virum tantis honoribus destinatum,

tum, cum legato in Æthiopiam mittit, qui ex veteri instituto Monachus ordinis Diui Antonij Eremitæ debet esse, cum quo in Æthiopiam cōfestim nuncius proficiscitur, ubi cū magno gaudio & honore ab omnibus excipitur. In quo negocio aliquando annus unus & alter transfigitur, interimq; Preciosus Iohannes de prouentibus ipsius Patriarchæ pro libitu dispensat.

Præcipuum autem Patriarchæ officium est, sacros ordines dare, quos nemo, ipso excepto, aut dare, aut auferre potest. Cæterum nullū Episcopatum, aut Ecclesiæ beneficiū in ullis confert. id solum ad Preciosum Iohannem spectat, qui omnia pro suo arbitrio dispensat. Mortuοq; Patriarcha, cuius ditiones ac prouentus amplissimi sunt, ex solido omnium illius bonorum fit hæres. Est præterea Patriarchæ munus, excommunicationibus aduersus cōtumaces procedere, quarū tam arcta obseruatio est, ut præuaricatori poena perpetua inedia usq; ad mortem infligatur. Indulgentias nullas dat, neq; concedit. Nec pro villo delicto, quantumcunq; magno, cuiquam Sacraenta Ecclesiae interdicuntur, nisi tantum propter homicidia. Ipsum nomen Patriarchatus, nostro idiomate Abunna dicitur. Cæterum qui nunc hoc solum tenet, proprio nomine, quod ex baptisme accepit, Marcus vocatur, vir 100 annorum, aut ultra.

Sciendum etiam, apud nos Calédis Septembribus annum incipere, qui dies semper incidit

in vigiliam Iohannis Baptiste. Reliqui dies festi,  
vt natalis Domini, Paschæ, aliique deinceps eo-  
dem tempore apud nos celebrantur, quo in Ec-  
clesia Romana. Id quoque dissimuláter præter-  
eundum non est, apud nos diu Philippum Apo-  
stolum, Euangeliū & fidem Scruatoris Chri-  
sti prædicasse.

Quòd si libeat sciscitari de agnomine nostri  
Imperatoris, is sibi persuasum habeat, illum per-  
petuò appellari Preciosum Iohannem, & non  
Presbyterum Iohannem, vt hic falsò passim ia-  
ctatur,

Regnorum autem & Imperij successio, non  
in filium maximum natu transmittitur, sed ad  
eum, in quē pater id conferre vult. Et is qui mo-  
dò imperium tenet, ordine nascendi tertius est,  
quod pia quadam reuerétia emeruit. Cùm enim  
filij à patre moribundo, in regiis soliis sedere iu-  
berentur, cæteris id facientibus, solus id facere  
recusauit: absit, inquit, id mihi tribui, vt in ca-  
thedra domini mei sedeam. Qua pietate à patre  
circumspecta, ei regna ac imperium tradidit. vo-  
catur is autē Dauid, cuius imperij ditiones, tam  
Christianorū, quām Ethnicorum, mira ampli-  
tudinis sunt, in quibus multi reges & reguli, co-  
mites, barones ac proceres, multaque nobilitas  
inest, ad eius mandata obtemperatissima: in cu-  
iis omnibus ditionibus, nulla præter peregrina  
nam habetur moneta. Aurum verò & argéatum  
pondere datur, & accipitur. Oppida & ciuitates  
apud

apud nos perimulte sunt, sed non tales quales hic  
in Lusitania videmus. Id magna ex parte inde  
venit, quod Preciosus Iohannes semper in ca-  
stris & tentoriis versetur. Quæ consuetudo id-  
eo recepta est, ut nobilitas continuè & perpe-  
tuò se in rebus militaribus exerceat. Nec illud  
prætereundum videtur, nos ab omnibus lateri-  
bus circundatos esse ab hostibus nostræ fidei,  
cum quibus crebrò configimus, semper secun-  
do Marte vsi: quas victorias numinis auxilio im-  
putamus.

Ius autem scriptum apud nos in vsu non ha-  
betur, nec litigantium querelæ libellis, sed ore  
peraguntur. id sit, ne lites auaritia iudicium & pa-  
tronorum in longum protrahantur.

Habemus quoque à temporibus reginæ Sa-  
ba circumcisionem, quam ad hanc usque diem  
seruamus. Et post circumcisionē masculi bapti-  
zantur ad quadragesimum diem, mulieres verò  
ad octogesimum, nisi aliqua interuenit ægritu-  
do, ut opus sit festinatione. Nec ob circumcisio-  
nem glotiamur, nec etiam cæteris Christianis  
nos putamus ob id nobiliores, nec Deo accepti-  
ores esse, apud quem nulla est acceptio persona-  
rum, teste Paulo, qui etiam ostendit nos saluos  
fieri non propter circumcisionem, sed propter  
fidem, quia in Christo Iesu nec circumcisione ali-  
quid valet, nec præputium, sed noua creatura. Is  
autem Paulus non prædicauit ad destruendam  
legem, sed ad stabiliendā, qui circumcisus quoq;

fuit, & ex semine Beniamini, is quoque Timo-  
theum iam Christianum factum, ex matre He-  
bræa & ex patre gentili natum circumcidit, sci-  
ens Deum circumcisionē ex fide & præputium  
per fidem iustificare, &c.

Est etiam mortis apud nos, ut mulieres graui-  
dæ, ante partus tempus, semper confiteantur, ac  
ut corpus Dominicum confessæ accipiant, & ex  
quæ hoc non faciunt, ac puerorum patres, fieri  
ad id non impulerint, habentur impij & mali  
Christiani. Prohibitum est etiam apud nos, ne  
aut gentes, aut canes, aut alia huiusmodi ani-  
malia, in templo nostra intrent. Item non datur  
potestas nobis adeundi templum, nisi nudis pe-  
dibus, neque licet nobis in ipso templo ridere,  
obambulare, aut de rebus prophanis loqui, nec  
spuere, aut screare, in ipso templo. Quia ecclæ-  
siæ Æthiopæ non sunt similes terræ illi, vbi po-  
pulus Israël comedit agnum paschalem, dece-  
dens ab Ægypto, in quo loco Deus iussit eos cō-  
edere indutos calceamentis, & zonis accin-  
ctos propter terræ pollutionē: Sed similes sunt  
monti Sinai, vbi Dominus locutus est Moysi, di-  
cens: Moses, Moses, exue calceamenta tua, quo-  
niam terra, quam pedes tui premunt, sancta est.  
Et hic mons Sinai parens nostrarum ecclesia-  
rum est, ex quo suam acceperunt originem, ita  
ut Apostoli ex prophetis, & nouum testamen-  
tum à vetere, &c.

Item exlege Moysi, & Apostolorū instituto,  
non

nōn licet nobis cibos immundos comedere. id facimus ad omnem legis ac scripturarum observationem. Cūm autem in Lusitaniam veniens, crebras disputationes & contentiones cum doctribus quibusdam Didaco Orthysio regis facilli decano, & Petro Margalho, de delectu ciborum habuerim: de hac re dicere non erit incongruum.

Et postea. Quamobrem indignum est, peregrinos Christianos tam acriter ac hostiliter reprehendi, vt ego de hac re, & de aliis, quæ minime ad veram fidem spectabāt, reprehensus fui. Sed multo consultius erit, huiusmodi Christianos homines, siue Græcos, siue Armenios, siue Æthiopes, siue ex quavis septē Christianorum Ecclesiarum, in charitate & Christi amplexibus sustinere, eos sine contumeliis permittere inter alios fratres Christianos viuere & versari, quoniam omnes filij baptismi sumus, & de vera fide vñanimiter sentimus. Nec est cauſa, cur tam acriter de ceremoniis disceptetur, niſi vt vnuſquisque suas obſeruet, sine odio & inſectatione aliorum. nec commerciis Ecclesiæ ob id excluendus est, ſi peregrè in alienis prouinciis domesticos ritus obſeruet, &c.

Omnia hæc, de fide, religione, ac patriæ noſtræ statu, ego Zaga Zabo, quod gratia patris interpretatur, Episcopus & fæcerdos, ac Bugana Raz, népe Prorex prouinciæ, quæ Bugana dicitur, nec tibi in Christo filio meo charillimo Da-

miano petenti, nec vlli homini talia flagitati de-  
negare potui, aut negare licuit duabus de causis,  
quarum prior est, quod in mandatis habeo a po-  
tentissimo domino meo Precioso Iohanne A-  
thiopum Imperatore omnibus me interrogan-  
tibus de fide, religione, ac prouincia nostra, &  
ne quid clam haberem, sed ex fide veritatem re-  
rum, scriptis & verbis exponere. Secunda, quod  
operæ premium existimarem, mores, ritus, insti-  
tuta nostra, & locorum situs in publicam noti-  
ciam venire. Quas res nernini ad hunc usq; diem  
scripsi, nec verbis exposui, non quod ad id labo-  
ribus meis parcere vellē, sed quod nullus Christi-  
anorum hominum, postquam in Lusitaniam  
veni, a me talia cognoscere appetiuit. De qua te  
non potui, nec possum satis mirari. Te vero, que  
rerum nostrorum cupientissimum multis argu-  
mentis iudico, per Christi plagas ac crucem oro,  
ut hanc nostrā fidei ac religionis confessionem,  
in linguam Latinam conuertas, ut per te liceat  
omnibus piis Europaeis Christianis ritus ac inte-  
gritatem mortuū nostrorum intelligere.

Porrò si tibi inter tuas peregrinationes Ro-  
manū petere cōtingat, tunc nomine meo Ponti-  
ficem, ac venerandos Cardinales, Patriarchas,  
Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque bonos  
Christi cultores, per I E S V M Christum, in oscu-  
lo pacis (quaeso) salutes, petasque ab ipso Ponti-  
fice, ut ad me remittat Franciscum Aluarez lite-  
ris illis suis instructum, quibus dominio meo po-  
tentissimo

tentissimo Æthiopum Imperatori respondeat,  
quò tandem in patriam redeam, meosque lares  
inuisam: nimium enim diu h̄ic derentus fui: ut  
ante obitum meum, qui ex nimio senio profo-  
ribus est, mādata perferam: reliquias deinde vi-  
tæ, transacta hac legatione, Deo consecrem, di-  
uinisque rebus totus vacem. Cæterū te oro, si  
aliqua in nostris scriptis nō fuerint satis compo-  
sita aut ordinata, vt ipse tu ad phrasim Latinam  
coapses, sed ita vt nihil de sensu immutes. Po-  
stremit te obsecro, vt inter vētendum exquiras  
diligenter vetus & nouum testamentum, vt in-  
telligas ex quibus locis meas authoritates excer-  
psi, quò certius vertas. Quod si omnia non fue-  
rint tam feliciter tractata, quām forsitan aliquis  
curiosus, aut scrupulosus exigat, id condonan-  
dum erit in opia & penurię librorum Chaldæo-  
rum, quos penes mē non habeo, quos enim ha-  
bui, iniquitas fortunæ in itinere perdidit. Quā-  
obrem destitutus omniū librorum auxilio, ni-  
hil, nisi quod recens memoria adferebat, dicta-  
re potui, sed ea omnia certissima fide. Vale fili in  
Christo dilectissime. Vlyssippone, 24 April. An-  
no salutis nostræ 1534.

*Interrogatus ab amico, quæ verba illa sint, ab  
Armeniis Symbolo Niceno addi solita: quorum  
oratio superior pag. 23, vers. 9, 10, 11, 12,  
meminit: Et in symbolo verba quædā, nec Græ-  
cis, nec Latinis usitata, sed tamen piè sententiam*

O

symboli declarantia, intexunt: ne quid alij etiam  
pij lectores hac in parte desideret, verba illa adscrī-  
bam. Vbi enim nos in symbolo canimus, Et homo  
factus est: Armeni addunt, Et perfectus homo  
factus est. Item, Ascendit ad cœlos in eodem  
corpore. Inde venturus, in eodem corpore iu-  
dicare, &c.

Credimus in spiritum sanctum, non factum,  
sed procedentem. Qui locutus est per Prophē-  
tas & Euangelistas, qui descédit in Iordan super  
Christum, per quem & Apostoli prædicauerūt,  
qui etiam & hactenus in sanctis habitat, &c.

Et resurrectionem mortuorum & iudicium  
cum anima & corpore, & regnum & vitam a-  
ternam. Additur etiam appendix consilij Niceni:

*Qui dicunt, Fuit pater, quando non fuit fi-  
lius, &c. tales anathematizat catholica & apo-  
stolica Ecclesia. Tandem sacerdos clara voce con-  
cludit symbolum: Sed nos laudamus eum  
qui fuit ab aeterno trinus in perso-  
nis & vñus in essentia.*

DE

DE  
**R V S S O R V M R E L I-**  
**G I O N E , R I T I B V S N V P T I A-**  
**R V M , F V N E R V M , V I C T V , V E-**  
**stitu, &c. Et de Tartarorum Re-**  
**ligione ac moribus.**

**P A V L V S O D E R B O R-**  
**N I V S P O E T A L A V R E A T V S ,**  
**D O C E N S I A M E V A N G E L I O N**  
*in Lituania, Danii Chytrao*  
*S. P. D.*

**D**N epistola mea, 17 Kalend. Maij  
 ad te missa, pollicitus sum de  
 Russorum religione & ritibus  
 pauca me tibi perscripturu. Ac  
 cipe igitur erecta fronte quod  
 mittimus, & hoc tibi persuade,  
 fieri posse ut verba quidem non satis Roma-  
 na scribam; res autem ipsas mendacij & vani-  
 tatis penitus fore expertes. Nihil enim ex a-  
 liis auditum, nihil ex aliorum libris haustum,  
 nihilque incognitum commemorabimus, sed  
 quidquid oculis vidimus nostris, de illo conte-  
 stabimur.

Polocia deditio recuperata; Soccolia, Czufsa, Turobla, & aliis Albæ Russiæ oppidis ferro & flâma funditus euersis, Germani omnes, qui sub Christophoro Bombstorffio militabant, dimissi sunt. solis Borussis in Russia manendum fuit, vt aliquo tamé præsidio istarum terrarum incolæ defenderentur, si quâ fortè eruptionem facere vicini vellent Moschi.

Ego itaque media in barbarie hærens, amaras animi molestias ista ferè ratione semper excussum: Flamines Rutenicos adij, cumque illis per interpretē de fide & religione collocutus sum. Si verò interrogantur, an in sanctam Trinitatem credant: constantissimè quidem hoc ipsum affirmant. si testimonia sacrarum literarum tibi dari petis, illi in libris suis, quos per manus à maioribus acceperint, ita scriptum esse aiunt. Porrò si LIBROS istos videre quis auer, Psalterium Prophetæ & Regis Dauidis, quod ipsorum lingua apud Ostrocenses impressum Excel. tuemitto, ostendunt: Nouum præterea Testamentum, Apostolorum res gestas, D. Pauli Epistolas omnes: item Homilias Chrysostomi, Basilij, Gregorij Nazianzeni, ex Græco conuersas & manuscriptas habent, cum preculis quibusdam ad beatam Dei genetricē & S. Nicolaum dicendis. Neque tamen, quare hos libros possideant, scire possum, cùm diebus Dominicis puras solummodo fabulas populo prælegant. Ista enim feria, qua nos legimus Euangelion de reuocato

ex mor-

ex mortuis filio viduæ Nainicæ , hospes meus,  
Consul Deiphnensis , Alexius Cæsarinus Rute-  
nus, in suo se templo hanc lectionem audiuisse  
dicebat: Christum matri Mariæ obuiam factum  
suppliciter ab ea vnū rogasse numum : matrem  
vero, cùm & ipsa nihil haberet argenti, filium  
Christum cum dolore suo dimisisse è cōspectu.  
Vides qualibus nugis decipient miseram plebe-  
culam, sed nec ipsi Doctores meliora sciunt, &  
si audiunt, cachinno quodam explodunt. Soli  
namque suam admirantur barbariem.

Papæ Romani nomen ægrè in aures dimit-  
runt suas, seque Græcorum socios in religione,  
& Pontificis Byzantini maiestatem venerari cla-  
mant, qui quidem suum Metropolitam in urbe  
Moschouia habet, virum apud Iohannem Basili-  
dē summæ auctoritatis & existimationis : quod  
ex Christiano Boccornio, Magni Ducis concio-  
natore, qui triennium in aula Moschorum cum  
suo principe vixit, intellexi.

Ruteni verò, qui Regis nostri imperio pa-  
rent, Metropolitam suum Vilnae habent, cui  
nomen est Anicephoro. Hunc magnifico &  
splendidissimo habitu indutum, senioque & ca-  
na barba venerabilem, 20 Iunij Vilnae sacra per-  
agenteim vidi.

Russi delubra habent plerumque lignea, te-  
cto scandulari, in summitate templi signū Chri-  
sti in crucem sublati conspicitur. Horologiis  
sciotoricis planè destituuntur. Et tamen die So-

lis circiter quartam matutinam ~~reprobatur~~ eorum tintinabulas pulsans populum ad sacra vocat. Tum verò matres atque viri, pueri, innuptaque puellæ, lecto valedicentes vestem sumunt, & ad ecclesiam summa cum festinatione properant.

Verùm enim uero pedem domo non effrūt, nisi prius genium suum dictis precibus mitigauerint. Habent autem tabellam quisque ligneam, in qua capita aliquot depicta cōspiciuntur: ad hanc cum tota familia accedentes, cum gemitu & lachrymis S. Nicolaum, eiusq; in corlo commilitones pro salute domus suæ supplices deprecantur, atque interim tāta cum deuotione pectus tundunt, ut cuius astati faciliè cordolum excitent.

Iamq; penatibus placatis ad sacram ædem discidunt, cuius limina quamprimum tetigerunt, magna cum reuerentia caput telluri illidunt. Et sane, si frons animi ianua rectè dicitur, nō video quali sub sidere homines Dei numen religiosius adoraturi sint, quam hi de quibus loquimur, si modò pro vanis fabulis verbi cœlestis veritatem aliquando cognoscant. Dolendum autem magnopere est, lucem clarissimam Euangeliū illis nondum penitus illuxisse.

Locum templi secretiorem Flamines bini occupant: hic arā sancto Nicolao dedicata videtur cum eiusdem imagine. Auditores & populus in ambitu templi sese continet. Fœminæ verò que præterita

præterita nocte Veneri militârunt, in pénétralia sanctæ adis non veniunt, ne locum profanent. Cæteræ accedentes proprius candelas ceras inflammât, & sacrificulo offerunt. Ille candida veste bombycina indutus est, caluitio & pallida facie deformis, Crucem sanguinei coloris à tergo pensilem habens.

Tandem è sacrario egreditur, & thuribulum dextra tenens, tam forti odore Diabolos ex loco sancto abigit. Mox rituales libros promit, & aliquam fabellam de S. Nicolao recitat, quem illi tanquam Deum tutelarem semper colunt. Euangelij lectionem vnam nunquam hîc audiui. Interea adytum clauditur. Sacerdos si inter legendum aut erret, aut lingua titubet, aut vocem aliquâ depressius enunciet; grauissimè propterea ab auditoribus obiurgatur; qui eum & sacro loco indignū, & libros alij tradendos vnamini voce proclamant.

Lectione finita, ad anticum sacrarij, in quo imago Nicolai asseruatur, sese cōuertit, Deumque patrum multis suspiriis rogat, vt commoda Russorum & gentem sibi deditam cōtra hostes incolumem feruare dignetur. Orantem lamentabili vociferatione & quiritatū excipiunt non tantum scholastici, sed omnes quotquot isto videntur in fano: subinde iterantes hâc vocem, *Hospody Pomyloy*, hoc est, Propitiare nobis ô Domine. Dum hâc aguntur, anticum sacrarij non aperitur.

Mysta autem per pseudothyrum in illud in-  
greditur, daduchiis tribus præcedentibus. Cùm  
in adytum ventū est, sacram Cœnam verbis ab  
ipso Christo expressis cōsecrat, sed lingua tan-  
tum patria. atq; hæc sicut in ara Nicolao sacrata.

Mox fores patent. Populus verò quia certum  
numen in isto loco habitare existimat, egrediéti  
Sacrificio magno eiulatu occurrit, sexcenties  
hanc vocē decantans, *Hospody Pomyloy*. Hunc  
clamorem, nolarum & cymbalorum tinnitus mi-  
rum in modum auget.

Vt verò in toto iam facta silentia templo, Sa-  
cerdos pedetentim procedens, arcana sacra toti  
populo commonstrat, calicemq; plumbeū cum  
operculo serico in dextra, & scutellā ex eodem  
metallo in sinistra tenens. dum in genua proci-  
dunt auditores, ille lingua Rutenica hæc verba  
proloquitur: *Hoc est corpus, & hic est sanguis Do-  
mini Iesu Christi, quem Iudei innocentem morie-  
multarunt*. Tum denuo inter gemitus & suspi-  
ria muliebriter lamentantur, & tundunt pecto-  
rapalmis.

Flamen illico in sacrarium regressus, in ara  
Nicolai sacramentum deponit, donec veniant  
qui eo vtantur, quod interdum fit sequenti die.  
Calicem, si vinum non habent, ex calido Medo-  
ne consecrant. Panem verò azymum domi suæ  
pinsunt ciues, & deinde quoties cœlesti illud  
conuiuum accedere gaudent, sacerdoti offe-  
runt, vt consecret, & cum calice distribuat,

Peractis sacris libro ad manum resumto Psal-  
mum vnum vel plures demurmurat sacrificu-  
lus, crucemq; ex argento puro factam omnibus  
exhibet osculandam. Postea suam quisq; domū  
discedunt, & admodum rari ad vespertinas pre-  
ces reuertuntur.

Polociae autem & Vilnæ maiori pompa &  
splendore rebus diuinis vacant: vbi supellecti-  
lem ex auro & argento copiosam habent in ec-  
clesijs. Vilnæ triginta templa habent, omnia fe-  
rè opere latericio structa.

Statuas nullas in templis venerantur, sed D.  
Nicolai & Mariæ virginis imaginibus scrupos  
quosdam argenteos, coralia, & alias exuicias do-  
no dederunt. Has quoq; picturas, tanquam nu-  
minis aliquid habentes, religiosè colūt, & quot-  
annis in Duna fluvio bis abluiunt, atq; tandem ma-  
gna cum pompa pristinum reducunt ad locum.

Præterea mysticæ ablutionis sacramentum  
in suo cœtu retinent: ita tamen ut in hoc nego-  
cio per omnia ferè quām proximè ad Roma-  
nenses accedant. Multum hic perditur olei, ope-  
ræ, & vnguenti. Post longas tandem ceremoni-  
as Flamen toto congio perfundere solet infan-  
tem, ita inquiens: *Baptizo te per nomen patris, &*  
*filij, & sancti spiritus.* A patrinis deinde more pa-  
tria vrnis aliquot tenellus pusio humectatur. Et  
licet hic aspera hyems crudelissimè sœuiat; tamē  
tanta gelidarum copia aquarum suam sobolem  
abluiunt. si quis causam querit, respondent illi,

Ateneris assuescere multum est. Postremò Flamen infantulum itetum comprehensum blande exosculatur, illiusq; caput ad crucem, quæ templi foribus incisa est, magno impetu vibrat, & nisi testes baptismi ictus audiant, indignantur propterea, neq; puerum rectè sacris iniciatum credunt. Sacro finito Flamini tres panes (quos à forma pyramidalis Pyracno vocant) porrigitur cum numis aliquot argenteis, templumq; clauditur.

Sacerdotes Rutenici proprias vxores habent, & sunt coniuges. Si quis dicit à Papa matrimonium clericorum improbari, excandescut, ut rapidis cùm ferrea flammis lamina Cyclopum excoquitur flagrante camino. Reditus certos, & certa stipendia non accipiunt; & tamen auditorum beneficentia liberaliter aluntur. Cucullos prorsus ignorant. Cærulei coloris tunicam plerunque duplice habent. capillis ad humeros & pectus dependentibus apprimè gaudent: & quo quisque est nigrior, & aspectu inamabilior, tanto maiori apud populum est in dignatione. Raso præterea vertice & immissa barba grauitatem præ se ferunt singularem. Vitæ alioqui adeò impuræ & execrabilis, ut non delubris Deorum, sed pistrinis moliitorum dignos adfirmare possis. In tabernis publicis vinum adustum totos dies potant: cumq; iam nec mens nec pedes officium faciunt, sâpe velut emortui in medijs plateis concidunt & obdor-

obdormiscunt. Germani certè milites non semeliacentes perminixerunt. Postero die cùm ad peragenda sacra in templum redeunt, nō aliter coluntur à populo & amantur, quām si nuper ex concilio immortalium Deorum missi venissent legati.

Scholas semper templis adiunctas habent. in illis triginta annorum iuuenis prima literarum rudimenta pueritiam docet. Literæ ipsorum alphabeticæ veteribus Græcis quām similimæ sunt. Catechesi nulla vtuntur: sed preculas ad beatam Virginem & D. Nicolaum in libris de scriptas pueris proponunt. Symbolum tamen Apostolorum verbis quibusdam immutatis addicunt. huic adduntur Hymni Dauidis, quos illi nocturna versantque manu, versantque diurna. Pueri annorum trium & quatuor, si forte in ualitudine aliqua corripiuntur, statim Flamen aduolat, & sacramentum sub vtraq; specie illis etiam distribuit. Tum verò iussu sacerdotis serio prouidendum est parentibus, ne iste puer, sacra qui usus est cœna, toto biduo otis excrementa in terram expuat.

Ferijs esuriens plebes miserè obnoxia est. Cumque totus iam præterijt annus, vix paucis diebus illis carnes comedere licuit.

M A T R I M O N I I C O N T R A H E N D I ratio talis est. Iuuenis si cui fauet puellæ, propinquos tres quatuorve ablegat, qui parentes

de elocanda virgine interpellent. hi verò ut ve-  
hementius animuum proci irritent, nihil isto de  
negotio confieri posse adfirmant: & quandam  
apud internuncios simulant grauitatem. Spon-  
sus tali spe frustratus, alia rem via aggreditur, tē-  
pusq; & occasionem venandæ virginis diligen-  
tissimè obseruat. illa verò si forte domo pater-  
na egreditur, ministri in infidijs collocati incau-  
tam & nihil tale timentem in casses sponsi ve-  
natoris coniiciunt: quæ simul atq; deflorata fuerit,  
mittuntur alij ad parentes legati, qui partim cul-  
pam deprecentur, partim amoris vehementiam  
accusent. Tum deum parentū impetrato con-  
fensi nuptijs dies dicitur. neq; enim illis cohabiti-  
tare licet, nisi solennitate publica copulentur.  
Igitur circa horam noctis vndecimam, sponsi  
cum fidibus, facibus & fistulis ad delubrum de-  
ducuntur. Ante illorum aduentū aliquot vascu-  
la, sicera, melicerato & cereuisia plena huc adue-  
cta sunt. Connixa itaq; vtriusq; sexus, saltando,  
ludendo, clamando & ridendo bonam noctis  
obscuræ partem consumunt. Interea mittuntur  
certi homines, qui Flaminem accersant: hi ple-  
runq; re infecta semel atq; iterum discedūt, idq;  
sit propter temulentiam deplorati sacrificuli,  
qui vino & somno sepultus iacet. Vulgus inte-  
rim ducendis choreis occupatur. Postea moræ  
& absentiae impatientes illi qui sponsum adfini-  
tate attingunt, Flaminis poti domū effringunt,  
& vi abreptum ad peragenda sacra eundem per-  
trahunt.

trahunt. Ille dum solito vult fungi officio , nec tamen rectis pedibus consistere potest, s̄æpe cōcudit in medio templo. Exoritur igitur damnable risus & barbaries , vt vix opiner , ethnicos Veneris sacra scurriliūs peregisse. Accurrunt illico quibusconem teneant , ne collabatur. Tum primò panes sibi debitos adferri iubet.

Deinde libro aperto Stentorea voce aliquem Hymnum Dauidicum cantat . postea intortam sponsi cæsariem manu comprehendens in hanc sententiam eundem affatur: Dic mihi ô sponsa, ô frater, ô amice, numquid tu huic teneræ vir effe potes? numquid eam fustibus aliquando multabibis? numquid ægrotam, scabiosam, & decrepitam derelinques? Hic sanctè iurat sponsus, se facturum viri boni officium. Ad sponsam igitur sermonem conuertens , eam quoq; interrogat: An viro ferendo sufficiat? an rei familiaris curam agere? an cæco , curuo & decrepito marito fida velit esse comes? adfirmat illa. Mox Flamen seruo ligneo viridi vtriusq; caput coronat . In circumferentia coronarum , descripta sunt Rutenicè hæc verba: *Crescite & multiplicamini* . Ille dum hæc agit, inflammantur ab omnibus cereæ candelæ , & patera medone spumans sacrifico traditur, eam nouis sponsis vno propinat haustu; illi simili alacritate euacuant, & viro religioso reddunt. Abiecto iam ligneo cassiculo & pedibus contrito , nouas instituunt choreas . hic Flamen choragus est , cæteri longo ordine eun-

dem insequuntur. Fœminæ etiam lupulum in templo spargunt, & linum, cum tali acclamatio ne: *Dij nostris tutelares faciant, ne non i coniuges vla lo unquam deſtituantur bono.* Sic tandem tumul tuum finis est: Sacrificulus domum reducitur: coniuixæ sponsos comitantur, & in tali conuentione egregiè potant, & mœchantur. Viri autem qui ex coniuge fato functa masculam sobolem ſuscepereunt, perſæpe impuberi filio ſponsam querunt, cum qua tamen illi dormiunt & liberos procreat. Nato deinde ex ephebis egrel ſo nouam nuptam à ſe conſupratam & sobolem vnâ adducit pater, ita inquiens: *Vides fili tuam coniugem & tuos liberos?* Patris ſcortum, ſi filio placet, accipit illud: ſin ſecus, prædāasper natur, & de alia ducenda cogitat.

Iam de SEPVLTVRA MORTVORVM quædam anni tabimus. Homines rebus humanis exemptos in mensam nudos depontunt, & calidis vndis per integrum horam abluunt, idq; tantum faciunt noctu. Sordibus ita abſterſis, in ſella mediae domus conſtituunt eosdem, propter ea nimirum, ut patrem familias etiam mortuum in habitatione. Vidi ſemel atq; iterum, ſed obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox fauibus hæſit. Funus tandem tertio die effertur, præcedunt in ordine ſcholastici: hi lamentabile carmen ingeminant, cuius ſenſus eſt: *Aſpice o cines hoc cadauer, & vobis cauetate: Nam nos omnes ſic ibimus, ibi- zio, ibunt.*

*tis, ibunt.* Sandapilarios tres insequuntur Flamin-  
nes, medius thuribulo circumcirca fumat. Exi-  
stiment enim hunc odorem malis genijs ita cō-  
trarium esse, vt perinde eum fugiant, ac sanctæ  
crucis signum. Cūm iam ventum est ad sepultu-  
ræ locum, Orciniana ista sponda deponitur. Fœ-  
minæ verò, quæ vt flerent oculos erudiere su-  
os, magna cum lamentatione ad vrnā fera-  
lem, quæ hic aperitur, accurrunt, & cadaueri o-  
scula figunt, ita interrogātes; Cur nostro abiisti  
ē conspectu ô carissime? numquid cibi & potus  
inopiate occidit? numquid infelicis coniugij ca-  
pistro caput subtrahere voluisti? Fatere nobis,  
quæ teres mouere potuit, vt non tantūm suauis  
sumam thalami confortem, & liberos dulcissi-  
mos tuos desereres; sed etiam delicijs pulcerri-  
mi huius mundi, tuis præterea fortunis & fa-  
miliaribus omnibus abrenunciares? Sed hīcve-  
rum est illud: Surdo narratur fabula. Accedens  
igitur sacrificus, plorantes fœminas arcet à fe-  
retro, Deoque manium imperat, vt ne vlla re  
mortuum impedit hominem, sed liberè eum  
abire permittat ad locum istum beatarum men-  
tium; ad quem maiores ipsius iam olim precessie-  
rint. vtq; expeditus tam longū nec satis tutū iter  
confidere possit, quidquid in omni vita preciosę  
supellectilis habuit, illud in vrnā fertilē inferūt,  
iamq; antea domi suæ recentibus ocreis & veste  
noua abeunte herum induerunt. Mortuo eti-  
am ceruical substernunt, sicca terra refertum.

Cumq; iam ferale murmur Flamines absoluunt, defuncti coniunx iterum accurrens cum eiulatu & clamore maritum ad vitam reuocat. Huius gemitum ipsi sacrifici cum cantoribus excipiunt, & sesquihoram vociferando perdunt. adferrut deinde argentea crux, eam capulo superimponunt & demortuum monent, vt ne suam patriam in consuetudine cœlestium animorum obliuiscatur, sed pro ea apud coelites aſſiduè deprecetur. Rogant etiam vt ante omnes D. Nicolaum sibi conciliet: hunc namq; Deum esse tutelarem omnium Russorum. Tandem cadauer in fossam demittitur: Flamen vero siccipulueris tantum vrinæ superinijcit, quantum manu tenere potest. Cæteri deinde mortuum sepeliunt. Atq; ita piacularia sacra suum sortiunt finem.

Eodem die cœtiam satis opiparè & apparatè instruunt: ad hanc Christiani (ita mendicos appellant) vocantur, vt nimirum tanquam ociosi pro mortuo Deos inclament. Flamines item & omnes consanguinitate propinquos inuitant. Cumq; & mihi hunc haberent honorem, labenter ecastor eos adij, ea potissimum de causa, vt mores eorum rectius contemplari & obſeruare possem.

Holpites osculo blandissimè excipiunt, & quemq;, vt dignior est, ad mensam collocant. Sed hic tibi illud ad mentem reuoces velim, Russos omnes S. Nicolaum tanquam Deum adorare, eiusq;

re, eiusq; imaginem in domibus omnibus vide-  
ri. Accumbentibus conuiuis, ardente statim  
adferunt candelam, eamq; Nicolao consecrant,  
deprecantes sedulò pro salute & beatitudine a-  
mici demortui. Postea in scutella argentea triti-  
cum cum superinfuso melicrato apponunt. Sin-  
guli ligulam sumentes, manibus defuncti re-  
rum abundantiam, & nepotibus supellectilem  
copiosam uno optant ore. Mox calix vino adu-  
sto plenus obambulat; & hunc liquorem non  
aliter potant, quām vaccæ algentes vndas, vt in  
prouerbio dicitur. Neq; tamen hoc ipsorum fa-  
ctum certa ratione caret. Vix enim illos ob ci-  
borum cruditatem viuere posse arbitror, si tam  
forti potu stomachi frigiditatem non propulsaf-  
rent. Ferculis demum appositis, senior inter Fla-  
mines iterum pingua thura adolet, & lemures  
eject foras, postea scripto Crucis signo cibō be-  
nedit. Peregrinis hominibus Elephantem ho-  
noris gratia præbibunt, illosq;, si alicuius sunt  
dignationis & præminentiae, muneribus adfi-  
ciunt liberaliter. Dumq; omnes pro salute sui  
Regis, pro beatitudine amici mortui, pro felici-  
tate adfinium & cognatorum, plenis cantha-  
ris bibunt: fit ferè, vt vix duo vel tres istis ab ex-  
equijs sobrij domum discedant. Eleemosynas il-  
li qui lauitoris fortunæ sunt, die Veneris distri-  
buunt, sed exiguum tantum gregarij panis par-  
ticulam.

Porrò de vanis superstitionibus, quibus ha-

gētes deditæ sunt, quid attinet dicere? Multi serpentes in domibus familiares habent & alunt.

Dæmonem quoq; meridianum metuunt & tolunt. Ille enim, cūm iam maturæ resecantur fruges, habitu viduæ lugentis ruri obambulat, operarijsq; vni vel pluribus, nisi protinus viō spectro in terram proni concidant, brachia frangit & crura. neq; tamen contra hanc quoq; plaga remedio destituuntur. Habent enim in vicina sylua arbores religione patrum cultas: harum cortice vulneri superimposito, illud non tantum sanant facile, sed & dolorem loripedi eximunt.

Luem castrensem quam nostri milites huc aduexerant, tali modo eos propulsare vidi. Funem accipiunt, eumq; per foramen scanni in domo vetustioris tantisper trahunt & retrahunt, donec ignis scintillam ex arido affere elicant: flamma conspecta, cereum in delubro vnde lustralibus perfusum accendunt. Omnes deinde qui ex hac fauilla prunas vel torrem domi conseruant, tutos fore credunt à pestifera contagione, & fit nonnunquam, vt euentus fidei respondeat.

Doloribus dorfi talem adhibent medicinam. Pueros illegitimos, quorum hic ingens est numerus, certo ære conducunt, illorumq; tergum pedibus sexcenties premūt, & conculcant. Hoc medicamentum anodynūm maioribus profuse afferunt.

Magis

Magistratum de voluntate Regis accipiunt,  
Oppidis Starostæ, hoc est Capitanei, imperanti  
hi pro suo arbitrio leges figunt, & in plebecu-  
lam securi dominantur. Causæ ctiminales ad iu-  
dicia raro deferuntur. Quis se conuicia dixisse ne-  
gat, absolvitur. Nam palinodiam pro pœna ir-  
rogata reputant. Iuris Romanis scrupulosa volu-  
mina, Bartolos & Baldos frustra euoluisti, si hic  
esse voles: Statutis enim, id est legibus scriptis,  
vtuntur. In illis & hoc sanctum est: Homici-  
dam, nisi in ipso facto deprehensus sit, quinq;  
florenis vitam redimere posse. Homini autem  
qui alterius canem ceciderit, mulctam decem  
florenorum irrogandam esse. Fustuarij pœna  
ipsis inter præcipua tormenta est. Nobiles e-  
nim, suos agricolas; heri mancipia sua, si quan-  
do peccarunt, horrendum in modum fustibus  
dolant. Qui vero grauius deliquerunt, virgis  
ferreis lacerantur.

Gens est natura ad arma propensior. Machæ-  
sis, frameis, & falcatis ensibus pugnant; persæ-  
pe etiam clava lignea, quam semper ad manum  
habent. Si rursus abeunt, Costram in dextra tenet,  
arcum autem Tartaricū cum pharetra & arun-  
dinibus venenatis lateri alligant.

In comedationibus non tantum tubri char-  
tacea symbola Regis lubentet tractat, sed & lu-  
do tessario gaudent. Summa autem solertia præ-  
lia latronum ludunt: ut gemini interfæ Reges al-  
busq; nigerq; pro laude oppositi certet bicolore.

ribus armis. In hac profectò arte ita excellunt,  
vt haud sciam, an vlla gens cum illis compar-  
ri debeat.

Cùm pax est, ferarum pelles ex Moschouia  
in Poloniam & Liuoniam venales asportant:  
mel, ceram, & corium magna copia peregrinis  
vendunt. Cæteri venando & latrocinia exer-  
cendo victum quaerit. Vndiq; enim densissi-  
mis & inuijs nemoribus septi sunt. Lupos, lyn-  
ces & martes sæpe intra ipsa oppidorum mœnia  
venantur. Martes quidem in summitatibus ar-  
borum plerumq; manent, & mel ab apibus cō-  
gestum audissimè lingunt. Rustici igitur canes  
alunt vestigatores, qui odoratu produnt animal  
inter arborum frondes absconditum. Tum ve-  
nator magno ictu arborem percutiens martem  
de summo vertice deicet, quem ilico *iuxutus* il-  
le dentium morfu necat. Kæstros quoq; in locis  
paludosis habitantes simili ratione decipiunt.  
Hoc animal, quia in extremis amnium oris com-  
moratur, nō capitur, nisi Nouembri & Decem-  
bris mensibus, cùm terra durissimo frigore riger.  
Fluuiio igitur glacie constricto aduolat rusticus  
cum cane odorisquo. Kæstros aduenientis animū  
minimè ignorans, effosso in ripa cuniculos de-  
serit, & sub glacie in algentibus vndis natat. Ca-  
nis autem naribus locum supra caput natantis  
exactè prodit. Sequitur igitur venator, qui iam  
antea glacie perfossa ad fauces fluminis rete de-  
lino triplici factum disposuit. Ad hoc cùm iam  
deuenit

deuenit Castor, perrupturum se sperans, occiditur fustibus, & extrahitur. Pellis eius apud hos populos summo est in pretio. Hanc quoq; venerationem impunè nunquam vidi: nam penè cœli intemperies me occidit.

Moribus Russi erga hospites sunt tolerabili-  
bus, nisi fortè eorū trullas ames. Nam inter po-  
cula homines esse desinunt.

Viri & fœminæ, si à fortunæ bonis firmio-  
res sunt, eodem ferè habitu vestiuntur. Tu-  
nicam talarem varij coloris ex panno Britanni-  
co habent: limbis vestium tæniaſ ſericas, & glo-  
bulos deauratos intertexunt: vterq; ocreis cal-  
ceatus. Fœminæ virtis & mitra caput tegunt; viri  
cudone pileóve coloris diuerſiſſimi. Rustico-  
rum filiæ ex capitibus ſerpentum torquem col-  
lo circumdant. Vulgus autem ex pellibus ferinis  
tunicas ex cortice arborum calceos parat: Et tot  
hīc ſunt ſutores, quo rustici.

Natura profectò ſub аſpero cœlo homines  
etiam elegantes producit. Corpora plerunque  
ſolida habent & ſucci plena. Neque adeò infor-  
mis est ſexus muliebris, ſi quis formarum velit  
eſſe ſpectator. Omnem autem decorum ſuum  
vnico potandi vitio mulieres obfuscant. In hac  
enim re ſi maritos non vincunt, certè ſunt illis  
non inferiores.

Musicæ ſubtilioris ignari ſunt. Panduras ſu-  
la arte tractant, & tantum tibias utricleſ in-  
delicijs habent. In nuptijs & alijs ſolennitatibus

persæpe ad manuum complosarum fragorem  
choreas ducunt.

Libros Latinos & Græcos nunquam viderūt,  
& tamen de Religione Græcorum multa glo-  
riantur. Ego cùm semel nouum Testamentum  
Tiguri Græcè impressum mecum haberem, ro-  
garemq; Flamines ut aliquam periodum lege-  
rent, illi sc̄ se hoc facturos pernegabant: sancte  
adfirmantes, eiusmodi typos nunquam sibi an-  
te visos esse.

Mensæ elegantiam non magnopere curant;  
sed crudos cibos, deos Ægyptiorum, porrum &  
cape audiſſimè ingurgitant. Ditiones vinum &  
medonem, vulgus Quastum, hoc est aquam, bi-  
bit, admixto sale vulgari: & pane mucido squa-  
roq; vescitur.

Dominus Rutenicæ ligneæ sunt, & quidē ma-  
lè materialiæ. Ita tamen desipiunt, ut existiment  
parietem craticium lateritio præferendum esse.  
Cementi apud eos nullus ferè usus est. Polociz-  
tantum tria templæ sunt opere lateritio extru-  
cta. Ex his tertium more Italico pulcerimè ex-  
politum nunc ibidem conspicitur. Cetera Mo-  
lchorum Dux, Iohannes Basilides deuauatauit,  
cùm ante annos 18. Polociam deditione in suam  
accepit potestatem.

Pacis tempore optimos accipiunt ex agris  
prouentus: nec ullis ferè frugibus hominū utili-  
tati feruientibus carēt. Aues omnis generis, per-  
dices puta, phasianos, attagenes, erythrotaones,  
sum-

summa solertia per insidias capiunt, & leui ære diuendūt. Piscium lautissimorum admirabilem copiam perennia illis suppeditant flumina, Botyshenes, Duna, Drisna, Drissa, Polotta, ex quibus innumeri lacus & *ιχθυοερεία* sese effundūt. Excocto sale Iberico cibos condunt,

Metallum quidem patrīo in solo non effodiunt, & tamen auri, obryzi, signatiq; argenti maximo desiderio tenentur, atq; hoc vitium cū cæteris mortalibus commune habent. Numos eorum argenteos ouali forma procusos ad tuam Excell. mitto: iij vno in latere Cataphracto signantur; in altero descripta sunt Rutenicè hæc verba: *Kn̄p Bełiniā Īcar*, hoc est, *Princeps magnus Iohannes*.

Hæc ferē ea sunt, Dauid Chytræe, quæ in orientaliori Russia obseruatione digna putaui, quæ quidem, ut tuæ cupiditati satisfacerem, lubenter in has paginas conieci. Nec tamen omnia attigi, sed tantum summa sequutus sum fastigia rerū, apes vt tenero studēs liquori libat summa thy- mi, aut crocon rubentem.

De ARMENIIS quoq; antea ad te perscripsi, neq; dubito literas tibi redditas esse. Hos frequentes habitare Leopoli, atq; ibidem pulcerri- ma templa habere, Tidemannus Gisius, 7 Iunij Caunæ mihi dixit. Ego quidem, si aliquando of- ficij ratione hoc ipsum licet, Leopolim excur- ram, & vicinam Armeniam perlustrabo, fusi- usq; deinde omnia literis tractabo.

Nunc restat ut de TARTARIS per pauca subijciamus. Cùm verò epistolam ad te scribere decreuerim, non est quòd historiam expectes. Nolim namq; γλαῦκας εἰς Ἀγίας. Tartarorū quidem copias minimè contemnendas regijs in castris persepe vidi: atq; hi ex Precepientium Horda aquenerunt, ex qua nunc quoq; militem conscripsit Stephanus victor. Cæteri Polonis notiores sunt Tauricenses, Asturcenses, Naianenses, Rezihorense, & Circassij. Principem Hordæ sua lingua Czar, hoc est Imperatorem, appellant. Nobiles autem, quibus res mediocriter sunt secundæ, Cnesi, id est Principes, vocantur. Tantus nimirum barbaræ gentis fastus est, ut etiā titulos & magna miseri aucupentur nomina. Religio eorum sine dubio diuersissima est.

Ego illorum ritus, qui Regis nostri sceptrum agnoscunt, breuiter attingam. Bellici sanè tumultus eos à numinis cultu non auocant. Nam Veneris die, cùm vix Sol ipse nitentes spargere iam cœpit radios, in medio camporum a quo re frequentes conuolant. Hic Papa nudo vertice & pedibus complicatis humi sedens, schedulam sinistra in manu tenet: in hanc descripta ex Alcorano paradoxa aliquot concessit, quæ voce clara ad circumstantes recitat. Illi si quando nomen Dei & Mahometis audiunt, gemitu & capitis inflexione reverentiam suam declarant. Lectione finita, in stationem quisq; suam reuertuntur. Cæteri tamen qui pacem bello,

cco-

economiam militiae præferunt, aliis quoq; ceremoniis occupantur. Hi vno à Vilna miliari, ad fluminis Veliæ ripas, gurgustia aliquot & pa-  
gum amoenissimo loco situm habent. Huc ego  
12 Kal. Iul. cum Iohanne Gamrato Stralsundi-  
no, mercatore & ciue Vilnensi exspatiatus, de-  
lubrum eorum intraui. In illo certè, nec alicu-  
ius Diui, nec atri Dæmonis simulacrum ullum  
videtur. Nudi vbique parietes. Area tamen pi-  
ctis tapetis instrata est. Die Veneri dicata sem-  
per ad sacra conueniunt, ea (vti opinor) de cauf-  
fa, vt significant neque Iudaorum supersticio-  
nes, neque Christianorum nomen & religio-  
nem sibi probari. Delubrum nulli nisi discalcea-  
to ingredi licet. Campanarum boatum minimè  
tolerant. Papa autem, exorto sole, in summita-  
te templi exedræ insistens, Stentorea voce po-  
pulum ad conciones vocat. Cumque iam fre-  
quentes adsunt, sumto ad manum Alcorano,  
quem Arabicis literis scriptum mihi monstra-  
runt, numinis colendi rationem illis exponit.  
Postea de apotheosi Mahometis, déque illius  
maiestate & præcellentia carmē agreste decan-  
tant: & tunc Comitiorum finis est. Si Alcora-  
num, vel alium quemuis librum typis editum  
hic videre licuisset, eum certè, vel magno pretio  
comparatum, ad te misissem. In tanto autem li-  
brorum defectu nihil se vendere posse dicebát.  
De Deo Iesu Christo & Spiritu sancto frustra  
eos interrogabis. Veram enim pietatem ita cu-

rant, ut numerum lupus aut torrentia fluminis  
ripas. Non semel igitur admiratus sum, cùm in-  
ter Christianos habitent, cur adeò duri sint, &  
Christianam religionem aspernentur, & video  
fanè Iesuitarum nugas, qui de conuertendis ad  
Romanam ecclesiam gentibus multa & gran-  
dia fabulantur, cùm nequaquam hos, qui vici-  
nis in parietibus commorantur, à vana supersti-  
tione abducere possint. neque tamen & hoc ne-  
gare ausim, esse in Scythia homines Iesu numen  
adorantes, cùm dictum sit per Dauidem devo-  
ce Euangelij per Apostolos in gentes spargéda:  
In omnem terrā exiuit amissis eorum, & in fi-  
nem orbis oratio eorum. Porrò nō fugit excellen-  
tiam tuam dogma Mahometarū magna ex  
parte Iudeorum superstitionibus & somniis esse  
refertum. Tartari igitur circumcisionem quoq;  
retinent, sed diuersa ab Hebreis ratione. Secun-  
do enim & tertio annis à nativitate, prout Papz  
visum est, circumciduntur.

Lingua eorum à Polono idiomate tam lon-  
gè abest, vt hi in Scythiam, illi in Sarmatiam  
commigrantes, ranæ Scriphiæ non iniuria dici  
queant. Qui tamen in Polonia, & Lithuania, &  
vtraque Russia longè latèque dispersi sunt, ple-  
runque hominum, quibuscum degunt, linguam  
addiscunt & callent.

Præterea illorum Papa hoc mihi in sermone  
dixit: In multis suæ gentis regionibus, soleim, i-  
gnem, malos item genios, tanquam Deoscoli.  
Mori-

Moribus feris sunt, & duri laboris patientissimi; nec etiam vna vxore contenti: nam plurimas ducunt, quarū penè miranda domi est cordia. Sed prior cæteris gratior habetur & acceptabilior.

Mortuos hîc non cremant, sed defodiunt. Sponsos etiam fato functos addita dote & rebus Oeconomiaæ necessariis matrimonio iungunt, ridiculis mehercle ceremoniis: quos alio in orbe & reuicturos, & vnâ semper futuros autumant. De animabus mortuorum ita sentiunt, eas videlicet ex vno corpore in aliud tantisper demigrare, donec præcellentem aliquam & diu quæsitam inueniant habitationem: atque hinc magna ista mudi lumina Cæsares & viros principes enatos esse.

Victus illorum miserrimus & Cyclopicus. Nam prandentes aliquoties cum horrore aspexi. Carnes certè equinas ac semicoctas audiſſimè deuorant. nullus illis mensarū & sediliorum est vsus. Cutæ equorum iam tum fumantes, & recens bestiæ detractas pro scannis confessuri conſternunt. Lac equarum tanquam vinū Creſtense admirantur & epotant. Hî bellis, acinacibus, arcu & sagittis pugnant, bellatorū præstantia equorum omnibus facilè anteponendi.

Præcopiensium legatus 19 Junij Vilnam adueniens Regi euangelion adferebat, de re à suis contra Moschos animosè & fortiter gesta: quòd videlicet non tantum maximas hostis

prouincias ferro flammâque feliciter peruagati  
sint; sed & ad ipsa metropolis Moschouiae mœ-  
nia penetrarint. Horum studium voce sua Rex  
collaudans, magnam se ipsis aliquando gratiam  
habiturum dicebat, si deinceps quoque magna-  
nimo conatu in aduersam gentem arma & bel-  
lum inferant.

Iam de rebus P O L O N I C I S, quales ex nunc  
sunt, scribendum aliquid erit. Quia enim nihil  
abs te litterarum tribus penè mensibus accepi,  
meas epistolas, quas Maio & Julio exaraui, in-  
tercidisse video. Rex Stephanus victor, 29 Apri-  
lis ex Comitiis Warsauiensibus Vilnam reuer-  
sus est. 8 autem Kal. Iun. Bogdanus Bielscius,  
Moschus nobilissimus, à suo principe profugus  
ad regem venit Vilnam, qui non tantùm huma-  
nissimè nouum & insperatum hospitem exce-  
pit, sed & muneribus adfecit liberaliter. Sunt  
homines, qui omnis loco illius aduentum exci-  
piant, & fore confidant, ut exulis consilio Rex  
plurimis in rebus adiuuetur.

Sequenti die, quierat 26 Maij, Legatos Mo-  
schicos aduentare vidimus, comitatum haben-  
tes satis splendidum. Cum illis aliquot diebus  
de pace tractatum est, effectū verò nihil. Con-  
ditiones à Rege propositæ tales sunt: Moschus  
Liuoniam tradat: Impedimenta bellica & com-  
meatum in arcibus deditis relinquat: Sumptus  
etiam duabus expeditionibus factos persoluat:  
Pacem perpetuam sanciat: Danorum & Sue-  
corum

corum Reges hoc fædere comprehendantur: Captiui λύτρων vel permutatione redimantur: Ipse Princeps in finibus vtriusq; regni ad colloquium se sistat. Internuncij cùm dicerent nihil horum suis in mandatis annotatum esse, intercessione Procerum, decem dierum spaciū impetrarunt, vt interea per veredarium Principis sui mentem explorarent. Ille quia die dicto resuersus non est, Rex quidem Legatos dimisit.

Ipse verò 19 Iunij, equum in gyros tortum descendens, Vilna egressus est circiter decimam diei horam, cœlo ita sereno, & tam faustis hominum acclamationibus, vt dubitare nemo possit, hunc Principem diuinitus Polonorum genti datum, ex hydra ista Lernæa feliciter debellata, famam reportaturum esse immortalem. Equitabant in agmine variarum gentium Proceres, inter quos non postremus erat legatus Pontificius, Iohannes Andreas Caligarius, Episcopus Brittoniensis, qui pro confirmatione Regni pecuniam Papæ debitam deposcēs, indulgentias simul & peccatorum remissionem largissimam attulit. Proximo ab illo locū tenebat generosus vir, Leuinus Bulouius, ab illustrissimo Marchione Brandenburgensi & Borussorū Duce in legatione huc missus: qui postea Caunam reuersus, cùm ad prandium me invitasset, amanter hoc à me petiit, vt suo nomine salutem tibi plurimam adscriberem, addens & illud: In Borussiam quidem te hoc tempore non

venturum, id quod ego summo cum dolore audiui: statueram enim salutandi gratia Regiomontem ad te excurrere.

TIDEMANNVS quoque GISIVS, I. V. D.  
& Regis intimus Secretarius, homo omnium  
hominum humanissimus, & optimis literis e-  
gregie excultus, 21 Iunij, historiam Augustanę  
Confessionis tuam, ab Rittero Latina ciuitate  
donatam, Vilnæ mihi monstrauit. Cūmq; sum-  
to semel iterumque calamo scribere tibi vellet,  
neq; tamen, tanta & indicibili negotiorum mo-  
le oppressus, sibi ipsi satisfacere posset, inuitus  
quidem hoc tempore officium tuae excellentiæ  
debitum intermisit, méq; per Apollinem roga-  
uit, vt hanc candidissimæ mentis suæ affectio-  
nem per epistolam tibi significaré: id quod me  
facturum, vti debui, ita lubenter promisi. De o-  
mnibus tamen rebus, quæ hactenus gestæ sunt,  
& quæ deinceps numinis auspicio gerentur, fa-  
ciet te paulò post certiorem.

Regis nostri frater, Transylvanianæ Princeps,  
nuper deceßit, cuius obitum Rex grauiter tulit,  
vt par est. metuit fortassis aliquam in istis locis  
mutationem, quāquam filius demortui, decem  
annorum puer, à subditis patris successor nomi-  
natus est. Eodem die quo Transylvanianorum Do-  
minus extinctus est, generosissimus Regis e-  
quis exanimis concidit & periit, qui non procul  
ab arce Vilnensi defossus est, & columnam ha-  
bet ligneam.

Belli

Belli suscepiti moles hac æstate Plescouiam tanget. Milites vndique huc confluunt, ille ex Germania, alter ex Calydonia, tertius ex Britannia, ut nimirum venales animas tanto citius Plutoni propinent. Nam vndiq; ad inferos tantum via est.

Rex dum fortis hostem quærit, nos domi pro pietate bellum gerimus. Proceres quidem Polonici, qui purioris doctrinæ professoribus fauent, & partim Cinglianos defendūt, partim Augustanam Confessionem sequuntur: ante abitum suum de incunda concordia suaserunt, certum esse adfirmantes, quod N. Romæ nuper creatus in perniciem Lutheranorum iuramentum præstiterit Pont. Max. Huius verò tyrannem non adeò metuendam esse, si nos piè in religione consentiamus. Maio igitur mense convenimus Vilnæ, effeciimus nihil. Summam actionis adiuncte continent paginæ. Ipse Dei filius vtinam glorioſissimo aduentu suo vulnera ecclesiæ citò sanet, & beatitudinem nobis donet sempiternam. In hoc quidem seculo sinceram sperare pacem non licet. Anabaptistas vicinos per occasionem erroris admonui. Horum Superintendentis Laurēs Criscouius hæresin se defensurum scribit. cùm prodierint chartæ, habebimus sanè quod aut contemnamus, aut etiam quod auctoritate sanctorum scripturarum refutemus. Literas ipsius Criscouij ad tuam Excelentiam transmitto. Iamq; Colophonis vice eti-

am atque etiam vehementer te rogo, ut hanc  
paginas tuo iudicio emedes, ac vel legas, vel  
diuulges, vel abijcas. quidquid horum feceris,  
meo facies consensu. Summum Pontificem ec-  
clesiae, Iesum Christum, Dei ac virginis filium,  
qui solus est longitudo dierum nostrorum, ro-  
to pectore precor, ut tuam Excellentiam spiritu  
sanctissimo suo gubernet, & diutissimè inco-  
lumem conseruet, meq; tuae beneuolen-  
tiæ & amori totum trado. 8

Kalend. August. An-  
no 1581.

DE

DE  
RELIGIONE ET SA-  
CRIFICIIS VETERVM  
BORVSSORVM, EPISTOLA  
*Io. Meletij*

ad  
*Georgium Sabinum.*

V m elegiam illam tuam, quam ad Petrum Bembum Cardinalem scripsisti, mihi legendam exhibuisset Hieronymus filius ineus, qui tuis scriptis plurimū delectari solet, in quā de sacrificio capri, & anguium cultu, quæ nonnullæ Sarmatice gentes faciunt, commemoras: contine re me non potui, quin ea quæ de vano cultu eorum gentium comperi, ad te scriberem: tibi vti que non ingratum fore sperans, si earum gentium, ad quas fato quodam vocatus es, & in quarum vicinia vitam agis, mores & idololatria plenius cognosceres. Multi enim superstitioni ritus, idololatricique cultus passim in his regionibus adhuc occultè seruantur, qui tibi aduenæ nondum fortè cogniti sunt. Itaq; visum est communicare tecum, quicquid de illis comptertum habeo. Ac ne longiore utar proœmio, referam primò sacrificia, quibus olim Borussi, Samogite,

Lithuani , Ruteni & Liūones , coluerunt dz-  
monia pro diis, atque nunc etiam multis in locis  
colunt occulte : deinde superstitiosos quosdam  
ritus, quibus nuptiæ, funera & parentalia, apud  
easdem gentes celebrantur.

*obba*

Die Gregorij sacrificium facere solent Per-  
grubrio, qui florum, plantarum, omniumque  
germinum Deus creditur. Huic Pergrubrio sa-  
crificant hoc modo. Sacrificulus, quē Vurschay-  
ten appellat, tenet dextera obdam cerevisie ple-  
nam, inuocatōque dæmonij nomine, decanat  
illius laudes : *Tu* (inquit) *ab igis hymem, tu redi-  
cis amenitatem veris : per te agri & horti virent,*  
*per te nemora & sylva frondent.* Hac cantilena fi-  
nita, dentibus apprehendens obdam, cibit ce-  
revisiam nulla adhibita manu : ipsamq; obdam  
ita mordicus eporta, retro supra caput iacit. Quæ  
cùm è terra sublata, iterumq; implera est, omnes  
quotquot adsunt ex ea bibunt ordine, atque in  
laudem Pergrubrij hymnum canunt. Postea e-  
pulantur tota die, & choreas ducunt.

Similiter quando iam segetes sunt matura, *rustici in agris ad sacrificium congregatur, quod lingua Rutenica Zazinck vocatur, id est initium messis.* Hoc sacro peracto, vñus è multitudine electus, messem auspicatur, manipulo demef-  
so quem domum adfert. Postridie omnes, pri-  
mò illius domestici, deinde cæteri quicunq; vo-  
lunt, messem faciunt.

Facta

Facta autem messe, solenne sacrificium pro  
gratiarum actione conficiunt, quod Rutenica  
lingua Ozinck, id est consummatio messis, di-  
citur. in hoc sacrificio, Sudini Borussiæ populi,  
apud quos succinium colligitur, capro litant, sic-  
ut in elegia tua ad Bembum scribis.

Litandi verò ritus est talis. Congregato po-  
puli cœtu in horreo, adducitur caper, quem  
Vurschaytes illorū sacrificulus mactaturus, im-  
ponit victimæ vtramque manum, inuocatque  
ordine dæmones, quos ipsi Deos esse credunt:  
videlicet, Occopirnum, deum cœli & terræ; An-  
trimpum, deum maris; Gardoæten, deum nau-  
tarum, qualis olim apud Romanos fuit Portu-  
nus: Potrympum, deum fluuiorum ac fontium:  
Piluitum, deum diuinarum, quem Latini Plu-  
tum vocant: Pergrubriū, deum veris: Pargnum,  
deum tonitruum ac tempestatum: Poctum,  
deum inferni & tenebrarum: Poccolum, deum  
aëriorum spirituum: Putscætū, deum qui sacros  
lucos tuetur: Ausceutum, deum incolumentatis  
& ægritudinis: Marcopolū, deum magnatum  
& nobilium: Barstuccas, quos Germani Erd-  
menlen, hoc est subterraneos, vocant.

His dæmonibus inuocatis, quotquot adiunt  
in horreo, omnes simul extollunt caprum, sub-  
limémq; tenent, donec canatur hymnus: quo fi-  
nito, rursus demittunt ac fistunt caprum in ter-  
ram. Tum sacrificulus admonet populum, vt  
solenne hoc sacrificium, à majoribus piè institu-

tum, summa cum veneratione faciant, eiisque  
memoriam religiosè ad posteros conseruent.  
Hac cōciuncula ad populum habita, ipse mactat  
victimam, sanguinemq; patina exceptū disper-  
git. Carnem verò tradit mulieribus eodem in  
horreo coquendam. Hæ interea dum caro co-  
quitur, parant è farina filiginea placentas, quas  
non imponunt in furnū, sed viri focum circum-  
stantes, hinc illinc per ignem iaciunt absq; cessa-  
tione, tamdiu quoad illæ indurescat & coquan-  
tur. His peractis, epulantur atq; helluantur tota-  
die ac nocte usq; ad vomitum. Ebrij deinde sum-  
mo mane extra villam progreduintur, vbi reli-  
quias epularum, quæ remanserunt, certo in loco  
terra operiunt, ne vel à volatilibus, vel à feris di-  
ripiantur. Postea dimisso cœtu suam quisq; do-  
mum repetit.

Cæterum, ex omnibus Sarmatiæ gentibus  
supra nominatis, multi adhuc singulari venera-  
tione colunt Putscætum, qui sacris arboribus &  
lucis præst. Is sub arbore sambuco domicilium  
habere creditur. Huic passim homines supersti-  
tiosi litant pane, cereuisia, aliisque cibis sub ar-  
bore sambuco positis, precantes à Putscæto, vt  
placatum efficiat Marcoppolum deum magnatu-  
m & nobilium, ne grauiore seruitute à domi-  
nis ipsi premantur: vtque sibi mittantur Bar-  
stuccæ, qui ( vt suprà dictum est ) subterranei  
vocantur. His enim dæmonibus in domo ver-  
santibus se fieri credunt fortunatores: eisque  
collo-

collocant vesperi in horreo super mensam map-  
pa strata m , panes, caseos, butyrum , & cereui-  
siam : nec dubitant de fortunarum accessione, si  
mane reperiant cibos illici assumptos. Et si quan-  
do intactus cibus in mensa remanet, tunc ma-  
gna anguntur cura, nihil non aduersi metuen-  
tes.

Eadem gentes colunt spiritus quosdam visi-  
biles, qui lingua Rutenica Colky, Græca Co-  
boli, Germanica Coboldi, vocantur. Hos spiri-  
tus credunt habitare in occultis ædium locis, vel  
in congerie lignorum: nutruntque eos lautè o-  
mni ciborum genere, eò quod afferre soleant  
nutritoribus suis frumentum ex alienis horreis  
furto ablatum.

Cum verò hi spiritus alicubi habitare ac nu-  
triri cupiunt, hoc modo suam erga patremfa-  
miliās voluntatem declarant. In domo conge-  
runt noctu segmenta lignorum, & mulctris la-  
ete plenis imponunt varia animalium sterco-  
ra. Quod vbi paterfamiliās animaduerterit, nec  
dissipauerit segmenta, nec stercora è mulctris  
eiecerit, sed de inquinato lacte cum omni fami-  
lia sua comedenterit, tunc illi apparete & perma-  
nere dicuntur.

Præcerea Lituani & Samogitæ in domibus  
sub fornace, vel in angulo vaporarij vbi men-  
sa stat, serpentes fouent, quos numinis instar  
colentes, certo anni tempore precibus sacrifi-  
culi euocant ad mensam. Hi verò exeunt, per

mundum linteolum cōscendunt, & super mensam assident: vbi postquam singula fercula delibarunt, rursus descendunt, seque abdunt in cavernis. Serpentibus digressis, homines latiferacula illa prægustata comedunt, ac sperat illo anno omnia prosperè sibi euētura. Quod si ad processos sacrificuli non exierint serpentes, aut fercula super mensam posita non delibauerint, tum credunt se anno illo subituros magnam calamitatem.

Adhæc eadem gentes habent inter se sortilegos, qui lingua Rutenica Burty vocantur, qui Potimpum inuocantes, ceram in aquam fundunt, atque ex signis siue imaginibus inter fundendum figuratis, pronunciant ac vaticinantur de quibuscunq; rebus interrogati fuerint. Novi ipse mulierculam, quæ cum diu redditum absentis filij frustra expectasset: erat enim filius ex Borussia in Daniam profectus: consulit sortilegum, à quo edocta est, illum naufragio perisse. Cera enim in aquā fusā, expressit formam fractę nauis, & effigiem resupini hominis, iuxta nauim fluitantis.

Apud Samogitas est mons ad fluuium Nauassam situs, in cuius vertice olim perpetuus ignis à sacerdote conseruabatur, in honorem ipsius Pargni, qui tonitruum & tempestatum potens à superstitione gente adhuc creditur. Hactenus de sacrificiis.

Nunc de ritibus Nuptiarum, funerum, & paren-

& parentalium narrabo non minus ridicula quam superstitione. Apud Sudinos, Curonenses, Samogitas & Lithuanos, nubiles pueræ multis in locis gestant tintinnabulum, quod funculo alligatum è cingulo dependet usque ad genua: nec ducuntur, sed rapiuntur in matrimonium, veteri Lacedæmoniorum more à Lycurgo instituto. Rapiuntur autem non ab ipso sposo, sed à duobus sponsi cognatis. Ac postquam raptæ sunt, tunc primum requisito parentum consensu, matrimonium contrahitur.

Cum nuptiæ iam celebrantur, sponsa ducitur ter circa focum. Deinde in sellam ibi collocatur. Sedentis super sellam, pedes lauantur. Ea vero aqua, qua sponsæ lauantur pedes, conspergitur lectus nuptialis ac tota supplex domestica: cōsperguntur itē hospites, qui ad nuptias iunxitati sunt. Postea spōsæ os oblinuitur melle, & oculi teguntur velamine, velatis oculis ipsa ducitur ad omnem ædium fores, quas iubetur contingere ac pulsare dextro pede. Ad singulas fores circumsperrgitur tritico, filagine, auena, hordeo, pisis, fabis, & papauere. Qui enim sequitur sponsam, gestat faccum plenum omni genere frugum: cumq[ue] illam circumsperrgit, ait, nihil horum defuturum spōsæ, si religionem piè coluerit, rem que domesticam curauerit ea diligentia qua debet. His actis, aufertur sponsæ velamen ab oculis, & coniuuium celebratur.

Vesperi cùm sponsa ad lectum deducenda est, inter saltandum ejus abscinduntur crines: quibus abscissis, mulieres imponunt ei lertum, niueo linteolo adornatum, quod vxoribus gestare licet, donec filium pepererint. Tamdiu enim uxores pro virginibus se gerunt. Ad extremum introducitur in cubiculum, vbi pulsata & verberata coniicitur in lectum, sponsaque traditur. Tum pro bellariis afferuntur testiculi caprini, vel vrsini, quibus ipso nuptiarum die commanducatis, coniuges creduntur fieri fœundi. Hac de causa, nullum quoque animal castratum illic ad nuptias mactatur.

In Fvneribvs híc seruatur ritus à rusticis, defunctorum cadavera vestibus & calceis induuntur, & erecta locantur super sellam, cui assidentes illorum propinqui, perpositant ac helluantur. epota cereuisia, fit lamentatio funebris, quæ in lingua Rutenica sic sonat: *Ha le le, le le, y procz tij mene umarl? ij za tij me miel szto yesty, albo pity? y procz tij umarl?*  
*Hale le, le le ij Za tij nie miel krass ije mlodzice?*  
*ij procz tij umarl?* Id est, *Hei, hei mihi. Quare mortuus es? Nū tibi deerat esca aut potus? Quare ergo mortuus es? Hei, hei mihi: An non habuisti formosam coniugem?* *Quare ergo mortuus es? Sc.* Hoc modo lamentantes enumerat ordine omnia externa illius bona, cuius morte deplorat: nempe, liberos, oves, boues, equos, anseres, galli-

gallinas, &c. Ad quæ singula respondentes, occi-  
cinunt hanc nāniam, *Cur ergo mortuuses, qui  
hac habebas?*

Post lamentationem dantur cadaueri mu-  
nuscula, nempe, mulieri fila cum acu; viro lin-  
teolum, idq; eius collo implicatur. Cum ad se-  
pulturam effertur cadauer, pleriq; in equis fu-  
nus prosequuntur, & currum obequitant quo  
cadauer vehitur: eductisq; gladijs, verberant au-  
ras, vociferantes, *Gey geythe begaythe peckelle, id  
est, aufugite vos demones in infernum.* Qui funus  
mortuo faciunt, nummos projiciunt in sepul-  
crum, tanquam viatico mortuum prosequen-  
tes. Collocant quoq; panem, & lagenam cere-  
uisiæ plenam ad caput cadaueris in sepulcrum il-  
lati, ne anima vel sitiat vel esuriat. Vxor manè &  
vesperi, oriente & occidente Sole, super extin-  
cti conjugis sepulcrum sedens vel iacens, lamen-  
tatur diebus triginta. Cognati verò ineūt **C O N-**  
**V I V A** die tertio, sexto, nono, & quadragesimo  
**A F V N E R E.** Ad quæ conuiuia animam defun-  
cti inuitant, precantes ante ianuam. In his con-  
uiujs quibus mortuo parentant, tacitè assident  
mensæ tanquam muti, nec vtuntur cultris. Ad  
mensam verò ministrant duæ mulieres, quæ ho-  
spitibus cibum apponunt, nullo etiam cultello  
vtētes, Singuli de vnoquoq; ferculo aliquid sub-  
mensam iaciunt, quo animam pasci credūt, eisq;  
potū effundunt. Si quid fortè deciderit de men-  
sa in terram, id non tollunt, sed desertis (vt ipsi

loquuntur) animabus relinquunt manducandum, quæ nulos habent vel cognatos vel amicos viuentes, à quibus excipiuntur cōtiuiio. Per acto prandio, sacrificulus surgit de mensa, ac scōpis domum purgat: animasq; mortuorum cum puluere ejicit, tanquam pulices, atque his precatur verbis, ut è domo recedant, *Ielij pilij duffice, nu vvenn, nu vvenn*, hoc est, edisti ac bibisti anima dilecta, ite foras, ite foras. Post hæc incipiunt coniuia inter se colloqui & certare poulis. Mulieres viris præbibunt, & viri mulieribus vicissim, seq; mutuò osculantur.

De hac oblatione ciborum super tumulos defunctorum, meminit etiam Augustinus sermone decimoquinto de Sanctis, cuius verba hæc sunt: Miror cur apud quoddam infideles hodie tam perniciosus error increuerit, vt super tumulos defunctorum cibos & vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ, carnales cibos requirant. Epulas enim & refectiones caro tantum requirit: spiritus autem & anima ijs non indigent. Parare aliquis suis charis dicit, quod ipse deuorat; quod præstat ventri, imputat pietati, &c. Hactenus Augustinus.

Hæc quæ de superstitionis ritibus, & ceremoniis illarum gentium narravi, partim ipse vidi, partim ab hominibus fide dignis audiui. Tuverò præstantissime vir, qui variarum rerum cognitione delectari solitus es, pro ea qua excellis humanitate, mecum hoc qualecunq; scriptum ab homi-

homine tui amantissimo profectum, boni consulas oro.

LITERÆ IN SYRIA  
SCRIPTÆ HIERAPOLI,  
*quam Halepum hodie  
nominant.*

EGO, quantopere Asiæ desiderarim peregrinationem, & nemo tecum melius, quo cum eius argumenti sermones institui longissimos Byzantij; & nunc, quod consequutus sum quæ volui, alterum opinor nō habes, cui ea res sic, ut tibi placeat, quandoquidem in me amando cedis nemini. Nihil autem hac nostra peregrinatione accidit optatius, nihil felicius: non solum enim Archipelagi vidimus insulas, quas videre non contigisset, si terra, quod tamen nemo nostrum sperabat, iter fecissemus: verūm etiam expedita cum naue, Candia in Ægyptum descendimus. qua in nauigatione hoc erat pulcherrimū, quod erat subita, & præter spem sese obtulerat. excusione enim piratarum non timebamus: quia ea in maris parte non fiunt: & consilij auxilijs; nobis suppeditabant mercatores tantum, quantum habebant ipsi.

Verūm tamen eo citius Memphis nos contulimus, quod locus ille Alexandria videbatur tutior, & à mari Rubro, quod videre animus erat, non adeò distat. Itaq; dies hic constitutus 17:

quos sibi partim vendicarunt pyramides, in soli-  
tæ magnitudinis laborisq; non humani: partim  
mummiæ, de quibus multa apud nos, at plerūq;  
referuntur falsa, arbitrantur enim mummias esse  
corpora peregrinantium, quos arenæ, vento-  
rum commotæ impetu, oppressissent. at qui non  
dicunt verisimile. Reperiuntur enim infantes:  
quibus peregrinationes nō conueniunt. & cor-  
pora non ynius sunt sexus, quæ aromatibus con-  
dita linteisq; bellè inuoluta, in cauernis, arte fa-  
ctis, suis vñluntur cum Dijs: quos forsan infeli-  
ces amici demortuis inseruere, ut quorum auxi-  
lio vñi in vita essent, eos etiam in morte habe-  
rent defensores. Sed hęc valeant: non sunt enim  
huius instituti.

Sueziam oppidum maritimum ingressi su-  
mus 22 Junij, 3000 camelis, qui omnes partim  
frumento, partim onusti lignis incedebant. Il-  
lud enim expectabant præsidia Indis vicina: hac  
verò mittebantur ad expediendas triremes cō-  
tra Ornum insulam. Hinc itaq; soli altera statim  
nocte discessimus. iter non tam longum quam  
periculose, & molestiarum fuit plenum.

X X V I I I enim eiusdē mensis, Sinai mon-  
tem ascendimus, cuius mysteria dies quinos de-  
siderabant: & in reditu tardatum est minus, quia  
id victus nostri flagitabat ratio. panis enim bis  
coctus famem sedebat, & potus vicem praesta-  
bant aquæ sulphureæ; quam miseriam redde-  
bant maiorem intensissimi solis æstus & arenæ,  
quæ si

quæ si ventus erat, implebant oculos: sin autem nulla flabat aurā, descendere in terram vix patiebantur; tanta erat caloris vehementia.

Hierosolymas verò vt solus proficiscerer, causæ me mouebant plurimæ: nulla tamen maior, quām mea Baronumq; libertas, quæ laborare, salua multorum existimatione, non poterat. fere enim pueris innotueramus: quanquam non nostra culpa, sed eorum qui Candia nos viderant. Itaq; parua nauicula Damiatam veni: vt si quid esset periculi, manifestarem. & Barones remittere in Italiam seruos debebant: ne, si tot es- sent, agnoscerentur. Verūm, quid illi egerint, ego ignoro. Duo enim mei erant officij: vnum, vt de omnibus rebus ad eos diligenter prescriberem: alterum, vt iter continuarem, quod Dei optimi maximi auxilio iam ferè confeci.

Hierosolymis enim quæ visu sunt digna vi- di: Damascum salutaui: Halepum attigi, vbi & nunchæreo, vosq; expectarem, si quæ domi a- guntur scirem. fama enim est vos huic venturos esse cum Turcarū Imperatore. sed quia vtrumq; incertum, hisce diebus Tripolim mē conferam. Maltam cogito: spem non malam habeo: an quod volo, sim consecuturus, nos tempus do- cebit, & ego ad te prescribam. Sed hoc te ita ob- fecro, vt non possim magis: quod si feceris, ni- hil erit quod tuæ industriæ antepoham. Com- mendari enim, Budouizi, abste illustrissimo O- ratori velim, atq; ita commendari, vt se parite-

254 DE PANORMO ET CYZICO.  
cum à me obseruantia coli animaduertat. Vale  
etiam atq; etiam. 12 Septemb. Anno 79. Halepi.

DE PANORMO, CY-  
ZICO, ET PRVSA BITHYNIÆ  
VRBE: EX LITERIS D. STEPHANI  
*Gerlachij ad M. Samuelem Herlandum, do-*  
*ctorem Ethices in Acad.*  
*Tybing.*

**A**BEST Palormus Constantinopo-  
li 25 miliaribus Germanicis, aut eti-  
am amplius, quæ 9 vel 10 horarum  
spacio vento satis secùdo emensi-  
mus. Est autem Palormus, Græcis Panormos,  
oppidulum vinetis amœnissimum, à Græcis vt  
plurimum, paucis Turcis & Italisch habitatum. Vi-  
na huius loci generosissima sunt, & singulis an-  
nis in magna copia Constantinopolim portan-  
tur. Duobus propè miliaribus inde urbis anti-  
quit & olim maximæ, splendidissimæq; Cyzici  
ruinas vidimus. Sita fuit intra duos Proponti-  
dis sinus. Videtur tota ex marmore albo con-  
structa fuisse, cuius tanta copia fuit, ut præcipuis  
Imperatorum & Bassarum templis Constanti-  
nopolis, & vicinis locis, materiam & splen-  
dorem dederit. Græci paruam Troiam vocant,  
quod ex ruinis magnæ Troiæ, quæ 4 dierum iti-  
nere abest, constructa fuerit. Estque hodie of-  
ficina

ficina marmoris, è cuius fundamentis magna quantitate effoditur, ideoque Turcæ locum istum, miraculosum appellant. Cuniculos plurimos & transuersos ex marmore habet: videturque rudera operis magnificentissimi & plusquam regij. Non procul isthinc vicus *Aren-*  
*us* est, in quo hodie metropolita *Kuzkou* sedem habet.

18 Octobr. Prusam metropolim Bithyniæ petij, quæ Palormo duoruin dierum itinere abest. Regio intermedia plana & fertilissima est, plurimis pagis, sed plerisque incolis Turcis habitata.

Eo die pernoctauimus in vrbe Lupada, muris fortissimis, sed partim deiectis, septa. Christiani tres presbyteros & sex templa adhuc ibidem habent.

Die 29 prætereuntes Apolloniada monasterium metropolitanum, Prusam venimus, urbem situ amœnissimam, montiq; Olympo adharentem. Distinguitur hæc in duas partes, una & superior muro clausa, arcem habet à 6 Imperatoribus Ottomanicis olim inhabitatam. Cuius hodie anterior pars siue aula molendino regio locum præbet. Interior viridarium, piscinam, & domum regiam, sed tecto, ornamenti spoliatam habet. In hac quoque vrbis parte, duorum primorum regum, Ottomanni & Orchan sepulcra in monasterio S. Iohannis, marmore superbissimo, vidimus. Inferior vrbis

pars, partim recessum vallis hortis amoenissimæ, partim radices montis occupat. Sepulcra habet cum templo augusto, Murathis secundi: & Mustafæ filij Solymanni à patre strangulati: Ecclesiam Metropolitanam ἡγίαν Στούλων dictam: Forum rerum preciosissimarum ex auro sericoq; domus amplas satisq; magnificas, hospitijs peregrinis præbentes, quas Carubanzarias nominant. Extra urbem, oriente versis, templum & sepulcrum est Baiazetis primi, quem Turcæ Tonitru appellant. E regione templum & sepulcrum ex marmore pulcherrimo constructū. Vnde notandum Turcas tantum 12 Imperatores Ottomannicos agnoscere, quorum 6 Prusæ, 5 Constantinopoli tumulati sunt: contra opinionem historicorum, quorum aliqui 14, alii plures numerant. Mons Olympus altissimus rectâ vrbi imminet: in vertice semper niuofus, & ad medianam usq; partem sterilis. reliqua inferior, castanearum, malorum punicorum, aliorumq; fructuum fertilissima est. ex ventre insuper emittens taritam aquarium limpidissimum copiam, uno quasi fonte, ut totam urbem perfundat. Dici nō potest, quanta amoenitas sit montis huius, & vallis subterpositæ. Sed paucis adumbrasse hæc, prout ego inspexi ista, sufficiat. De reditu nostro nihil adhuc certi audimus: speramus sub fine m præsentis anni. Constantino-  
poli, Cal. Febr. Anno 77.

SITVS

297

SITVS CONSTAN-  
TINOPOLIS, EX COELII  
AVG. HISTORIA SAR-  
*cenica circa annum*  
*Christi 718.*

**C**ONSTANTINOPOLIS vrbs est cùm maxima atque ornatissima, tum loci natura & arte munitissima, ad Bospori Thracij, vbi, exiguo tantum dirimente freto, Europa Asie penè coniungitur, fauces, quibus in Propontidem exoneratur, sita: vbi modicus sinus ab oriente in occidentem, sinuosis portuosus lateribus panditur, ob id etiam cornu appellatus, quòd septem vrbis collibus in eum prominentibus, multiplices quasi ramos, vt cerui cornua, habeat. inter hunc sinum & Propontidem mons quidam excurrit peninsulae siue Cherronesi formam habens, qui ab occasu in ortum circiter 30 stadia non tamen admodum in altum assurgens, qua Propontis est perpetuo iugo eius faucibus obuerso excurrit: à Septentrione verò, quain cornu (quem sinum esse diximus) vergit, septem habet annexos colles, ex quibus quatuor in sinum prominent: & qui Bosporo alluitur maximus est, & quasi trianguli basim efficit, nam triquetra est peninsulae & vrbis forma.

R

Habet hic duo promontoria: unum, quod Propontidem intuetur, occidentale Hebdomi: alterum septentrionibus obuersum, quod sinus fauces à ventorum iniuria tutas reddit, Chrysoceras nuncupatum. à quo si lineam ad septimum & intimum omnium collem, qui sinum itidem ab occidentali vento tueretur, ducas, Galatae siue Peræ planiciem intra arcus, quem perpetuum Cherronesi iugum facit, sinum incliteris. Sinus longitudine circiter sexaginta stadiorum est, in cuius intimo recessu Cydri & Babyloni flumen ostia sunt, latitudo autem variaria; vbi maxima, sex stadiorum; vbi verò minima, trium. Fauces eius angustissimæ sunt. nam & ab Septentrionali parte, in qua Pera est oppidum, promontorium in meridiem obuersum prominet Metopicum atque Cyclobium: & aliud ab Asia medijs sinus faucibus obiectum Damalicum appellatum. Cherronesus hæc ab occasu qua in parte continentem Thraciam habet, Isthmo sinum hunc à Propontide separat. Isthmi latitudo est, vbi septimum collem & interiorem urbis angulum contingit, passuum quinquaginta, ulterius verò maior. In hac igitur peninsula sita est Constantinopolis, olim Byzantium appellata: cui in altero sinus littore oppositum est Pera oppidum, olim Galata, quatuor & ipsum promontoria in cornutum sinus immittens: & in Asia ex

siā ex opposito, Chalcedon: Sinus siue pottus fauces, vbi angustissimae sunt, catena clauduntur, quæ ab Pharea turri ad Chrysoferam promontorium ædificata, ad Galatae promontorium Metopicum, vbi aliud propugnaculum est, trahitur. Vrbs ipsa duplice muro, duplique latissima & profundissima fossa frequentibus que turribus ac propugnaculis munita est. nam circum circa planiciem habet: media verò urbis pars paulum collibus sublata consurgit. totus urbis ambitus est circiter viginti duo millia passuum.

Hanc talem & tantam Constantinus, vbi prius Byzantium erat, ædificauit, Imperij sedem, & omnia Romanæ urbis ornamenta in eam, non satis sano consilio, transtulit. nam et si locus ipse ad Imperij sedem aptissimus videatur, cœlum tamen & fatum hanc urbem Romani Imperij sedem esse non patiebantur. Ut enim singulæ non modò regiones, verùm etiam vrbes sua fata moresque suos proprios & ritus habent: sic illa in alium locum transferri non tutò possunt, etiam si homines ipsi & leges transferantur. Cœli nanque temperies hominum mores mutat, cum quibus & fata ipsa commutantur. quod sic esse exitus comprobavit. Imperio enim ferè in Asiam translato, Imperatores ex ea prouincia legionesque Romanæ deinceps fuerunt: quæ & Graeca leuitate &

ambitione in factiones diuisæ atq; Asiæ molli-  
tie eneruate, barbarorum incursiones repellere  
non potuerunt: cùm interea Italia & Roma or-  
bis terrarum arx, capite carens, atque militari  
disciplina amissâ, omnibus gentibus prædae es-  
set. Sic Imperium illud, quod vt arbor bona, in  
proprio solo optimos fructus ferebat, in alie-  
num cœlum & solum transla-  
tum breui in-  
terijt,

EPI

**EPISTOLA**  
**CONSTANTINOPO-**  
**LITANÆ ECCLESIAE AD BO-**  
 HEMOS, SCRIPTA QVIDEM ANTE AN-  
 NOS 131, biennio nimirum ante captam à Turcis  
 Constantinopolim: sed non ita diu in lucem  
 prolata Pragæ ex bibliotheca Collegij Caroli  
 Quarti, studio piæ memoriae Doctoris CA-  
 SPARI à NYDBRUCK, viri clarissimi, ac  
 indagandæ antiquitatis studiosiss. sere-  
 niss. Regis Maximiliani olim  
 Consiliarij.

**ΕΠΙΣΤΟΛΗ.**

Ηγεαγία τῆς Κωνσταντινούπολεως ὀκ-  
 θησία, ἡ μήτηρ πομάτων τῆς ὁρθοδό-  
 ξων χριστιανολαζ, πᾶσι κακάσιοις τοῖς σφ-  
 δέξιοις αδελφοῖς καὶ ψοῖς σὺν Χειτῶ αγαπη-  
 τοῖς, τῷ Ποείῳ τῷ τῇ ὑπηλεστάτῃ κεινότητι  
 τῆς πόλεως Περγάμος, καὶ τοῖς θυνάοις αὐ-  
 οράσι, καὶ αἱρέοις σύρχοσι, τοῖς καπιτά-  
 νοις, καὶ δουέται, καὶ βαρώνοις, καὶ καφαλαείοις  
 ὀχλάχιμοις, καὶ τοῖς πνευματικοῖς αὐτρά-

R iii

σι, διδασκάλεις τε καὶ πᾶσι τοῖς ΤΗΛ ΣΧΗΛΗ  
 σίων αρεποσίτοις, καὶ μὲν δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς  
 πολίταις καὶ ὄφφικιαλίοις, ἐπὶ τε πᾶσι καὶ ἔκδι-  
 σοις τοῖς ὅπου δήποτε ὑπάρχεσσιν εἰς τοῖς υ-  
 περερέοις μέρεσιν, ὁρθοδόξοις, ὡς ἀκριβοῦ,  
 καὶ τῆς δημοσίης. Ιησοῦ Χριστοῦ πίστεως ὁμολο-  
 γηταῖς τοῖς τέλεσθαι φίλῳ θάυτην τὸ μητερ-  
 κῆς φεγγοίας θεωρήσοσιν, σωτηρίας εἰς ταῦ-  
 τῆς οὐδόξας παρθένου ψῷ, καὶ ἐκκατονταπλασία  
 τῆς πνευματικῆς κερποῦ τῆς ημέρης συμβε-  
 λῆς αὐτοῖς. Ηἱ εραί καὶ αγία νύμφη τῆς εχ-  
 ούου νυμφίου, ὃς ἦστι κεφαλὴ τῆς ΣΧΗΛΗ-  
 ΣΙΑΣ ἀπάσης, μείζων δονίων καὶ διάπατης ἔχει,  
 καὶ τὰς αὐτῆς ψοὺς ἀκούει εἰς τῇ ἀληθείᾳ πε-  
 ειπατῶντας. ἐπεὶ τοίνυν οὐκ αἴδει μετί-  
 την δομῆν, καὶ ὠσανεῖ αρραβώνος τὸ ἐσορθόν  
 κερποφοεῖας, ή αὐτοῖς καὶ ὁ πληθυνομός της  
 καλῶς παρέργηται εἰς τῇ ὁμολογίᾳ τὸ δημόθεος  
 πίστεως εἰς τὰ ὅπα τὸ διασκάγγου θάυτης  
 μητρὸς οὐκέτη, καὶ μάλιστα τοῦτο τὸ υπε-  
 τέρου

τέρπαδελφός τούτης την ομήρου ἐκκλησίας Καρ-  
σανίνας Αγρικόλης την ομηρικού την παράγνων,  
διδασκάλης καὶ αὐδεσίμου ιερέως, ἐπληροφο-  
ρήθη μηδὲν αργέστερον, ὅπως τὸν περιεχόντε  
τοῖς νεωτεροῖς τοῖς ἐν τῷ Χειροῦ ἐκκλη-  
σίᾳ γενθυμίνοις τὸν πινάκιν, διὰ τοῦτο με-  
μελίω τῆς πίστεως ἐρυρδοστιλίνοις ἐγένετο τῆς πα-  
ρεδίθεστης ημῖν σκηνὴ τοῦ ημετέρου δεκαστή  
καὶ τῷ αὐτόνυμῳ, ἔχρινεν αὐτῷ οὐεργα-  
νίας ἐκκλησία γράψαντες τοὺς υμάς, καὶ  
τοὺς τοὺς μετ' αὐτῆς ἐνώσιν διεγεῖραν, καὶ  
καὶ σκείνειν τοὺς ἐνώσιν τοὺς στοῦ Φλωρεντία  
δεδεκαστιλίνων, τῆς διάρρεοις διπλὸν τῆς διη-  
σίας διλέγοντος αὐτοῦ ονομαζόντο, καὶ διῆτε τοῦτο  
σκείνειν τὸν περιδεξαμένα, διὰ μᾶλλον  
πολυτάπαιον την περάσαντον. Διὰ τοῦτο τὸν τῆς  
ἀληθείας αὐτοῦ διάγραπτον κενόνα, στρῶμόν  
αληθῶς τε καὶ ασφαλῶς ἐνθαδεῖ μαρτυ-  
ρία. οὐκ ἀμφιβάλλεται δὲ τῷ Χειροῦ ἐκκλη-  
σίᾳ, διότι τοῦτο οὐδὲν οὐκουσεν αἰνεγράφειν.

των αὐτῆς, ὡς εἰρηται, ὡς αἴρεται ταῦς ἔπικρι-  
 διώοις τῆς Ρώμης καγνοτομίας αἰθισάναι  
 διέγινωτε, ὅτι σύμφωνοι αὐτῇ ἐσεσθε ἐπὶ πᾶ-  
 σι τῆς ἱερᾶς μεσίτευδστη γραφῆς τῇ διηγε-  
 σάται κριτῶ. εἰ γάρ καὶ περιτερεν τοῖς αὐτ-  
 θαῖς τοῖς ὑμῖν εἰχομένῳ φίμας, ὡς δὲ ταῦς  
 Ρωμαικῆς ἐφεύρεσσιν αἰθισταμένων, δι-  
 λαχεὶ μᾶλλον ταῦς δραχαίας τῆς καθολικῆς  
 ἐκκλησίας τῷ Χεισιανῷ παραδόσεοι  
 σκαντίζειν τὸ πλείονταν δὲ δὲ ὀλίγου  
 καρεῦ μᾶλλον αἰαβιώσκειν, ὡς εἰπεῖν, ὑμᾶς  
 ἐπληρωφορήθημεν, καὶ περιτελεῖν κοινῶν τῷ  
 Χεισιανῶν Δρισκείᾳ, καὶ διηγῆται δύσεσθαι  
 ἐπενιέναι. δέ τοι μητέρα καταλιμπόνταν  
 αἵματος πόθῳ τῆς διηγητῆς μητρὸς ὀκκαλομέ-  
 νας καὶ ταῦτα ἐπιτύντας, ποιεῖν. ὁ δὲ πα-  
 ραστία δὲ εἰρημένη διλαβεῖσι ερέως σαφέστερον  
 ἥμιν εδίλωσε, ὡς περιέρη), διηποσαμένη τὰ  
 καθ' ὑμᾶς καὶ μέρες, καὶ δόντος μηδὲν τούτοις  
 λαγήσασθαι τῇ ἀγίᾳ μητερὶ ὑμῶν εὔχομαι  
 διπερισ-

διαφέσειν, πόδεξαράντες δὲ καὶ τὰ  
 διδύσαι αὐτῷ παρ' αὐτῆς σιδασκαλίαν τῆς  
 ἀληθοῦ πίστεως, τὸ δὲ συμφωνήν πολύ-  
 τας τὸς μέλλοντας σώζεσθαι, οὐ καὶ περὶ  
 τῶν ὑμῶν ἀγάπων καμι. ἐκεῖνη ποθήσα-  
 ται ἀδελφοὶ καὶ γυναῖκες, εἰς τὰς δέστιν, ως ἀκρύο-  
 μαν, καὶ ἐπίζομεν, ἔπιπενσατε τὸν μεθ'  
 ἥμηρον εἰνωσιν. μὲν οὖν γάρ ιχνεύτεροι δυ-  
 θομένες ζηλεῖν καὶ τῷ ἐπηρεαζόντεν, οὐ δι-  
 τῷ τῆς μηδέσι κόλπων, καὶ τῇ ροπῇ τῆς ἀ-  
 ληθοῦ σωτηρίας; καὶ τότε διωκομένες βέλ-  
 θους ἐπιτέλεσαι αἰσθύξαντες, οὐ εἴτε αἰέσκοταν οὐ  
 πηγὴ τῷ ξόντων ὑδάτων; πολύτες τοίνυν  
 οἱ διψῶντες, περὶ τὰ ὕδατα ἐλθότε, καὶ  
 ὠκόσαρε χωρὶς θνήσιον σωματιάματος οἴ-  
 νον σώφρεγος δίφρεσσίντος, καὶ γάλας ἐκ τῆς  
 μαστῶν τῆς τοῦ σακλίσεως αὐτῆς. ἐπίζο-  
 μενοι γάρ οὗτοί ταῖς θεῖαι, οἵτις πᾶσι ἐσεσθε  
 σύμφωνοι ἡμῖν, καὶ μὲν ταῦτα σὺν ἐπιμε-  
 λείᾳ μεγίστῃ καὶ ἀγάπῃ περινόσομοι τελεῖ

πνευματικῶν ποιηθέντων καὶ ὑπερσκόπων τῷ  
 ὄμετέρων ψυχῶν ποιηθεῖνται οὐδεῖς δέ λό-  
 γω τῆς ἀληθείας, καὶ ταῦτα τοῦτοι αἰδεῖνται  
 ζωῆς εἰς θλιβότων. τοῦτο δὲ τὰ τῆς σκηνή-  
 σιας οὐδὲν έθίμα, διγνωμόνως συγκαθά-  
 τεῖναι οὐ μηνί μετά τῆς ἀποσόλου βαλέμετα  
 τοῦ ἀκείνοις, ὅποσα δέ τοι ἀγαθοῦ θεμελία καὶ  
 σκηνοῦ καταρράτε τοιεσίαν, καὶ αὐτὸν  
 συγκαθάτεσι τοφές μὴν οὐ μετέρεαν οἰκεδδ-  
 μένων εἶσαι, τῇ δὲ θυμῷ τὸν ἀγίας μητρὸς ταύ-  
 της, καὶ τῇ ἀληθινῇ ήμέρᾳ τοῦτοι αὐτοὺς κη-  
 νωνία καὶ τεσσαραγῆ τοῖς σταύρωθίσει. πε-  
 εὶ γάρ τινα Διαφορὰν τῷ τοιότοις εἴ-  
 θησθεῖν τὸν χαλεπῶς ἔχοντα δέ τοι ἀγαθῆς βαλλή-  
 στε τοιεὶ Διακείσεως αἱ λαζανῶς οἰκειο-  
 μένην. δοίη δὲ ὁ πάθισκοράτωρ Κύριος καὶ οὐ-  
 μαῖς ὅτες ἔχειν, ὡς προτίως ἐμάθομεν, καὶ  
 ἄλλοις πολλοῖς ὄμοιώς οὐ μηνὶ δὲ πνεῦμα τῆς  
 ἀληθεῖας αἰσθανθεῖν ζωῆς εἰς αὐτοὺς φέ-  
 πλανητομοὶ τῷ τοῦ ἀληθεῖας μητρὸς γνωσίων  
 φέρειν.

ψῶν· καὶ ποιήσειν ὑμᾶς σωτῆριν σὲ τὰ τῆς  
ἐκκλησίας οἴκου τοῖς αὐτοῖς δόγμασι τεχνὴ<sup>ν</sup>  
ποτε χάραγνταις εἰς σόμαλι καὶ παρδίᾳ αἵρει  
αὐτοῖς αἰώνας αἰώνειν, Αὕτη.

ΟΝΙΚΟΜΗΔΗΣ ΜΑΧΑΕΛΙΟΣ.

Ο ΠΑΠΑΪΟΣ ΜΗΓΕΠΟΛΕΩΣ ΤΟΡΝΟΒΟΥ Ι-  
ΓΡΑΤΙΟΣ.

Ο ΦΙΛΙΠΠΑΟΥ ΠΛΑΣΤΙΚΟΦ, ΠΑΠΑΪΟΣ ΜΗ-  
ΓΕΠΟΛΙΤΗΣ ΆΧΑΪΟΣ.

Ο ΜΕΓΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΡΧΗΣ ΔΙΣΘΕΧΕΙΟΣ ΣΙΛ-  
ΒΕΣΡΟΣ Ο ΣΥΡΓΡΟΥΛΟΣ.

Ο ΔΙΧΑΙΟΦΥΛΑΞ ΚΑΙ ΙΕΡΕΥΜΝΗΡΟΥ ΔΙΣΘΕΧΕΙΟΣ  
ΘΕΟΔΩΡΟΣ Ο ΑΓΑΛΛΙΑΤΟΣ.

Ο ΧΑΘΟΛΙΚΗΣ ΝΗΣΤΟΡΙΟΦΟΔΟΞΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ  
ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ ΠΑΠΑΪΟΣ ΜΟΝΑΧΟΣ ΓΕΥ-  
ΓΑΔΙΟΣ.

E A D E M E P I S T O L A  
I N A L T E R A E I V S D E M M E M-  
B R A N Æ M E D I E T A T E S C R I P T A L A-  
tine, licet minus eleganter, ac parum diluci-  
de, sed cum additamento quodam in si-  
ne, quod in Graeca non extat.

**S**ACROSANCTA Constantinopoli-  
tana Ecclesia, mater omniū Ortho-  
doxorum & magistrorum, vniuersis &  
singulis inclytis fratribus ac filiis in  
Christo dilectis, Boëmorum subli-  
mi vniuersitati vrbis Pragensis, & ingenuis vi-  
ris atque strenuis Principibus, Capitaneis, Du-  
cibus, Baronibus, militibus preclaris, ac viris spi-  
ritualibus fidei zelatoribus, Doctoribus, Magi-  
stris, & cunctis Ecclesiarum præpositis, nec non  
ciuibus & officialibus, denique vniuersis & sin-  
gulis, vbiuis existentibus in partibus transmon-  
tanis, cunctisq; orthodoxis, & Iesu Christi ve-  
ritatē sincerè profitentibus, hanc maternā pro-  
uidentiā intuentibus paginam, salutē per filium  
virginis gloriose, & centuplum spiritualis fru-  
ctus incrementum. Sacrosancta sponsa cœlestis  
sponsi, qui caput Ecclesiæ vniuersalis est, maio-  
rem quippe nequit habere voluptatem, quām  
suos audire filios in veritate ambulantes. Cūm  
igitur non absq; maxima quidem voluptate, ac  
penè arrha future fructualitatis vbertas ac incre-  
mentum

mentum bene patientium pro veritate veræ fidei ad aures piæ ac benignæ huius matris insinuit, à nostro vel maximè fratre, filio nostræ Ecclesiæ, Constantino Anglico præsentiu latore, doctore ac venerabili sacerdote, planiù certiores facti sumus, vt nullis attenditis innouationibus aduersus Ecclesiam Christi per nonnullos factis, sed in fundamento fidei adnixi estis, quæ nobis tradita est à nostro Domino, suisq; discipulis, decreuit illico hæc sacrosancta Ecclesia ad vos scribere, & ad vñionem pariter secū adhortari, haud secundum illam Florentiæ vñionem simulatam, à recto veróq; cōfilio ab alienatam, quæ diremptio à veritate appellanda esset: Quā obrem illā minimè admisimus, imò prorsus an nihil auimus: at secundum inobliteratum & immutabile decretū, in quo solo verè ac tutò vñiri possumus. Nec ambigit Christi Ecclesia ex his, quæ de vobis lata acceperat, vt dictū est, quod, cùm equidem periculosis Romæ innouationibus obstare censuistis, cōcordes huic per omnia eritis, mediante adeò sacra scriptura vero iudice. Etsi dubiam antè de vobis famam habebamus, vos quasi haud Romanis innouationibus resistere solere, imò magis veteribus generalis Ecclesiæ Christianorum traditionibus pro maiore parte refragari, tamen ex exiguo iam tempore vos maximè reuiniscere, vt ita inquā, certi facti sumus, & ad communem Christianorum religionem ac veram professionem concende-

re, neque matrem deserere, verum amore veræ  
matris conflagrantes, eamq; flagitantes elabo-  
rare. quod iā vel præsentia huius viri, deuoti fa-  
cerdotis, clarius nobis significauit, vt antè dictū  
est: qui quidem nobis singula enarrauit, deditq;  
suam propriam professionem sanctæ matri in-  
tegrè dispositam atq; acceptam, recepitque do-  
ctrinam veræ fidei ab ea sibi traditam, in qua o-  
mnes decet concordare conseruandos, quam &  
ad vestram charitatem hic reddet. Itaq; dilectissimi  
fratres atq; filij, si sic est, vt audimus & spe-  
ramus, i[m]maturate pariter nobiscum vniōnem.  
Cum quibus enim vehementius poteritis emul-  
lari, ac permoliri aduersus tentatores, quā in  
finu veræ matris, ac præsidio veræ salutis? Et vbi  
nam cōmodius poteritis vosmetipos refrigerare,  
quā vbi patet fons aquarū viuentium? O-  
mnes ergo sipientes venite ad aquas, venite, &  
emite absq; vlla commutatione vinum sobriæ  
lætitiae, & lac ab vberibus consolationis eius. Spe-  
ramus enim in Deum, vos in omnibus concor-  
dare nobiscum. Posthac cum studio prænimio  
ac singulari charitate prouidebimus de spiritua-  
libus pastoribus ac curam gerētibus animarum  
vestrarum, pascentibus vos verbo veritatis, ac  
vitæ exemplo haud afflignantibus. De ritibus in-  
super vestris circa Ecclesiam benignè vobis af-  
fentiri cum Apostolo volumus, in his sanè, quæ  
cunq; ex bono fundamento ac purissima inten-  
tione proficisciuntur, & quorum assensus ad ve-  
stram

stram quidem ædificationē erit: honori autem  
huīs matris sanctæ, ac veræ nostræ in eā com-  
municationi atq; obedientiæ minimè aduersa-  
bitur. Namq; de differentia huiusmodi morum  
haud difficile ducimus, ex bona voluntate atq;  
discretione innocenter dispensare atq; tractare.  
Debet igitur omnipotens Dominus, vos quoq; sic  
habere, quemadmodum modò resciuimus, ac  
multos alios vobis similiter spiritum assumere  
veræ ac certæ vitæ ad incrementum atq; multi-  
plicitatem filiorum dilectorum veræ matris, ac  
efficiat vos pariter nobiscum in Ecclesiæ domo  
eisdem professionibus atque moribus gauden-  
tes uno ore cordéque hunc ipsum collaudare in  
secula seculorum, A M E N.

Ad certitudinem atq; cautionem omnium,  
ad quos praesentes peruererint, sigillo consueto  
imaginis Dei nostri IESV CHRISTI Dei ge-  
nitricisq; suæ matris, in cera lazurea impressæ, in  
buxeo ligno cauato pendetem sub margine per  
sericum funiculum paonagium muniri, nec non  
subscriptionibus nostris potissimum  
corroborari voluimus. Datum  
die 18 Ianuarij 1451. In-  
ditionis 15.

F I N I S.

1513 112